COLLECTIO
MONUMENTORUM,
RERUMQUE MAXIME INSIGNIUM,
BELGII FÆDERATI;

E Templ. & Locis Pub. Urbium & Academ.

A Primordiis Reipub. hucuſque deducta,
Qualis nunquam antehac divulgata :

Exhibens

MONUMENTA MULTA GLORIOSISSIMA,
Læſæ Libertatis, at Fortiſſime Aſſertæ;

Et in ejuſdem Aſſertione,

VICTORIARUM AC TRIUMPHORUM;

Ut &

IMPERATORUM, ET ARCHITHALASSOR.
HEROUMQUE ALIORUM, BEATÆ MEMORIÆ,
Patr. Libertatis Reſtitutor. & Tutorum:

Nec non Alia, Virorum
Quavis Honoris ſpecie Eminentiſſimorum,
Tam Indigenarum quam Exterorum;
Multaſque Hiſtorias Monumenta Illuſtrantes,
Caſus Extraordinarios, & Res Curioſas.

Carmina & cætera Belgica Latine reddita.

ER PHILELEUTHERUM TIMARETEN.

---

x Libris *Eben. Tracy*, ad inſigne Trium Bibliorum,
nſuper Pontem Londinenſem, Anno M.DC.XC.V.

Ordines varii qui per Monumenta ſua hoc libro exhibentur.

Viri ob rem Politicam Præclari.

Illuſtr. Delagati (Tam ex Nobilibus quam ex Urbibus) in Collegium Celſiſſimorum ac Præpotentiſs. Ord. Belgii Fœderati ; *vel* in Concilium Status Belg. Poed. *aut in* Conſeſſum Celſiſs. ac Potentiſs. Ord. Hollandiæ et Weſteriſiæ ; *vel* cæterarum Provinciarum ; *aut in* Conſeſſum Deputatorum ab Ord. Singular. Provinc. alioſve plures Conſeſſus Venerabiles. Legati ad exteras Nationes Excellentes. Ampliſs. Plurimarum Urbium Magiſtratus, Conſules, Senatores, Prætores Judices, *&c.*

Ob rem Militarem vel Navalem.

Imperatores, et Archithalaſſi Summi, Tribuni, et Gubernatores Urb. ac Munitionum, Præfecti Militum (tam Advenæ quam Indigenæ) et Navarchæ Præclari, qui Generoſe pro Libertate et Religione Animas ſuas vel depoſuere, vel expoſuere.

Ob inſtructionem & ductum Eccleſiarum.

Paſtores earum Reverend. Pietate, Doctrina, et Laboribus, Inſignes.

Ob veræ Religionis Zelum.

Nobiles Viri ejus cauſa in Exilio Defuncti.

Ob Eruditionis Gloriam.

Rectores Academ. Magnifici ; Profeſſores in quavis facultate Celeberrimi.

Et Rectores aliquot Scholar. Public. Doctiſs.

Ob Eruditionis amorem Spectabiles.

Nobiles Peregrinatores, ac Juvenes Academ. Belg. e Longinquo inſtitutionis ergo appellentes.

Adduntur inſuper hic illic.

Viri aliquot Digniſs. ex aliis Ordinibus ; et Fœminæ, cum Stemmatis, tum Maxime Virtutis aut Pietatis ergo Nobiles, aut aliter Inſignes.



PRÆFATIO AUTHORIS AD LECTOREM, DE OPERIS RATIONE.

MUlta quidem eaque Præclara & ſtupenda facinora, Benigne Lector, ſeculo præcedenti edidit hæc Terra; in Veræ Religionis Aſſertione, & Libertatis Vindicatione, Jugi Tyrannici Regis Hiſpani & Papæ excuſſione, Augustissimæque Reipublicæ Fundatione, Extructione & Tuitione: quæque prima facie tantum non legentium fidem ſuperare videntur, ſed benè perpenſa magno honore apud omnes rerum cordatos æſtimatores habentur. *Tot Egregios itidem tantarum rerum Autores vel Adjutores*

utores in apricum protulit, ut nec GRÆCIA NEC ROMA IPSA, *tantillo temporis ſpatio, Theatrum adeò Venerabile, totidem Viris quavis Virtute & facultate eminentibus condecoratum exhibuerit.* Ne quid mirum ergo ſi tot HONORIFICIS MONUMENTIS, TAM RERUM GESTARUM QUAM VIRORUM EX OMNI CLASSE DIGNISSIMORUM, uſquequaque eadem terra ſit repleta; quorum quæ vidi præcipua ipſemet (accidentalis primùm in itinerationibus meis eorum obſervator, iiſque valdè oblectatus) multo labore ac impenſis collegi, & rationibus ſequentibus inductus, typis commiſi. Omnia ſecundum varias Urbes e quibus collecta ſunt Diſponuntur,* Inſcriptionibus CURIÆ AMSTELODAMENSIS TOTIUS ORBIS MAGNIFICENTISSIMÆ exceptis, quæ prius omiſſæ, adduntur a Pag. 392. ad Pag. 410. & quæ Belgico Metro Scriptæ ſunt, Metro Latino Donatæ.

* Nomen urbis aut in ſingulis Monumentis exprimitur, aut ad illud in Præcedentibus expreſſum, in fine Monumenti per *Ibid.* refertur.

1. Per hæc Monumenta Sinceram delineationem tradere volui, ævi illius Præſtantiſſimi proximè anteacti, ut apud optimæ ſpei Juventutem quacunque poſſit ſummam ejus æſtimationem promoverem. *Cujus ſanguini & Sudori generoſè*

roſè profuſa in defenſione Religionis & Libertatis, (ſub Deo) debentur ſingula iſta immenſa Beneficia, quibus ipſorum poſteri in ſeculo præſenti, ſupra multas alias gentes attolluntur. Cui etiam ævo, cum pauciſſima inter priora ſint æquiparanda, nec facile ſuccedentia palmam præreptura ſint. Ne poſt obitum exoleſcant apud novam progeniem, Merita Majorum; & vilipendantur; quod non ita raro contigiſſe experientia tam priſca quam nupera ſatis ſuperque teſtata eſt.

2. Provectiores etiam ætate commonere, ut juſtam Recordationem & Venerationem (invitis omnibus obtrectatoribus) conſtanter retineant, pro tot egregiis Viris quos ætas iſta exhibuit, *Publici boni Summos Adſertores, Veræ Religionis & Libertatis Vindices ac Vigiles Inſuperabiles*, ad quævis Munia Publica Aptos, Alacres, & bono cum Deo Auſpicatiſſimos. Virtutis enim jam ex oculis ſublatæ Reverentia (quæ a ſubdolis ac virulentis malevolorum linguis nunquam non petitur) niſi per crebras ejuſdem commemorationes redintegretur, indies flacceſſere & tandem penitùs amitti periclitatur.

3. Ad maximas gratulationes excitandas in Piis mentibus, adversum DEUM OPT. MAX. qui donis omnibus Divinis adeò totam hanc terram in Superiori Seculo perfudit. Unde non solùm ex universis Provinciis, sed & Urbibus plerisque, & Oppidulis, derepentè & affatim sint exorta tot Instrumenta ipsius gloriæ & Commoditati Publicæ adaptata, ut non inconcinnè de hac re quasi omnibus numeris admirabili dici possit, numquid Natio sit uno die prognata? *Nec non ut gloria tam Conservationis quam Formationis hujusce Reipub. per Centuriam & quod excurrit Annorum per totum Orbem Celeberrimæ, soli Deo semper tribuatur*; qui Instrumenta istæc formavit, suoque Consilio & Auxilio concitavit & sustentavit, quibus in Primordiis ea formata est, & adhuc continuata.

Nam licet super ancipitem & lubricam satis basin (ob temporis difficultatem) constructa, & cum innumeris abinde iisque stupendis periclis (præsertim haud ita pridem) colluctata sit, Divinam tamen opem eam protegentem hactenus est experta. *Quod non solum ore tenus a Po-*

Populo in conversatione sæpiùs exprimitur, sed multis etiam passim Monumentis piè agnoscitur: quæ more Israelitico, in Dei PROTECTORIS ET LIBERATORIS *Gloriam sunt erecta, & in eundem finem ad notitiam omnium Gentium quantum fieri possit, hoc libro publicata.*

4. Ad officium præstandum, quod omnibus incumbit, qui Ampliss. gaudent Libertatis beneficiis sub Belgica Republica; debitam Viz. recognitionem & gratitudinem reddere (quantum instrumentis & Vita functis liceat) PRÆCLARIS ILLIUS ÆVI VIRIS, REIPUB. HUJUS CLEMENTISSIMÆ FUNDATORIBUS ET PATRONIS, qui propriis suis Virtutibus (sub Deo) Pileum Antiquissimum illud Libertatis Symbolum, & vindicarunt & recuperarunt. Pileum inquam, nec Nummis nec Gemmis adæquandum, bonis omnibus & Honestis Viris, ipsâ etiam Vitâ chariorem. *Pileum istum Belgicum, adeò per Orbem Inclytum, contra omnes Sceptri Pedique Tyrannici Potentissimi insultationes Triumphantem, quas & in hodiernum usque diem aspernatur.*

O! quam dulcis fuit hujus Pilei intui-

tus, multis millibus, qui Conſcientiæ cauſa, erga Deum terrâ Patriâ profugi, Belgium Fœderat. appellentes, Nobiliſſimum hoc Libertatis Symbolum, multis in locis publicis conſpexerint, tum depictum, tum ſaxis inſculptum, tanquam fructum optatum cunctis laboribus belli diuturni ejus cauſa geſti adæquatum. *Vix totus terrarum Orbis adeò ſanctum exhibuit & Univerſum Aſylum Religionis ergo exulantibus, aut in ea ab aliorum placitis diſcrepantibus, ut hanc ipſam Rempub. a primis ejuſdem incunabulis.* Ad cujus rei confirmationem, adſtipulantur plurima hoc in libro Monumenta, Virorum, qui ob eandem cauſam Perſecutionis æſtu torrefacti, refugium quærentes, in *Benigniſſ. hujus Reipub.* Gremium recepti, ipſam miſericordem Nutricem ſunt experti. Cujus beneficentiâ & in Vita Umbram & poſt mortem Urnam, a Perſecutoribus exemptam obtinuere.

5. Ut Monumenta Libertatis Belgicæ olim ſuppreſſæ, cum Hiſtoriis annexis, tremenda iſtius ſuppreſſionis effecta in animos Hominum revocarent. Quomodo inſontes gravibus mulctis exhauſti, domus

mus effractæ, mariti & uxores, Parentes & liberi, affines, consanguinei, & reliqua chara amicorum nomina, ab invicem distracta fuerint. Exilia, incarcerationes, ac direptiones bonorum, totas familias ad extremam egestatem reducentes, Cædes innumeras, & rapinas, Executiones & Carnificinas horribiles, Lanienas & Interneciones truculentas; Incendia & deletiones Urbium, aliaque id genus scelera nequissima, Religionis & Justitiæ prætextu fucata. *Quæ res cum a cunctis gentibus meritò sunt considerandæ, tum præcipuè a populo ab iis miseriis redempto, sæpiùs & serio meditandæ.* Quippe, tantorum malorum Inconsideratio, etiamsi Libertatis amorem non penitus extinguat, ad Securitatem tamen & neglectum ejusdem, homines inclinat, quò faciliùs derepentè tantis malis obruantur.

6. Ut Monumenta Libertatis assertæ, per difficultates Belli acerrimi, ad ultra octoginta annos gesti, & Victoriarum ac Triumphorum, fortissima ipsius Assertione acquisitorum; Heroumque multorum qui generosas suas animas in ejus causa deposuere, ante oculos exhibita, efficacis-

tissima evaderent argumenta, ad Libertatem tanti a Majoribus emptam, sartam tectam conservandam; fixoque & invicto animi proposito in ejusdem defensione, ad extremum usque anhelitum perseverandam; nec non ad diligentissimam illius curam gerendam, contra omnes tam apertos quam occultos ejus hostes. *Quoniam Populus difficillimè manumissus, & Libertatis neglectæ postea reus, eo graviores tandem, at justas, inertiæ & incuriæ suæ pœnas luet:* & nimis serò sapiens, eam denuò amissam lachrymis & suspiriis incassum planget. A quo miserrimo sanè Fato, ut Deus Opt. Max. hanc Rempublicam perpetuò incolumem servet, animitùs opto.

7. Ad conglutinandam & corroborandam communem fidem huic REIPUBLICÆ, (MAGNÆ LIBERTATIS PATRONÆ) vel datam vel debitam, ab omnibus qui sub expansis ipsius alis proteguntur; fructibusque precioſissimis ejusdem Libertatis, per tot Discrimina & miserias belli, in multis hujus libri Monumentis memoratas, casusque fermè ineluctabiles recuperatæ, semet oblectant. Nimirum

sub

sub indulgentissimo hujus Reipub. regimine liberè Deo inservire, secundum propriam in rebus Divinis perceptionem, cuivis concessum est; pacatè placatèque proprium vitæ genus prosequi, omnibusque suis frui, nemine lacessente: invitis licet hominibus nequam, qui compulsionem meditantes, per ipsorum placita, dominationem in aliorum fidem & conscientiam, contra sacras scripturas ambiunt.

Hanc igitur fidem illibatam huic Reipub. præstare, cum Indigenæ tum præsertim Advenæ, in hac terra commorantes, arctissimis devinciuntur æqui & grati rationibus; cujus summa beneficentia non solum eandem cum Indigenis, & cohabitandi, & Mercaturam exercendi, & Deum colendi, sortiuntur Libertatem, sed & municipiis adscribuntur, Civitatibus magnis ac Muniis donantur, in sodalitia & Ordines cooptantur.

8. Consideratio operis hujusce altera est, *ut Monumenta omnigena Modernæ præsertim Virtutis & Gloriæ, ante oculos omnium exhibeantur*, & Imagines Neotericorum multa Virtute Præditorum, in eorum Mo-

Monumentis depictæ, frequentiùs contemplationi objectæ, Monitorum vicem suppleant, ad semitas Virtutis eligendas. Et sanè nulla quapiam ratione, Virtutis ardorem magis efficacitèr in nobis ipsis excitare queamus, quam exempla ejusdem egregia, & gloriam cultores ejus semper comitantem, in animis sæpius revolvendo. Quem in finem, *Nupera ut mihi videtur exempla Antiquis illis (etsi tunc temporis Dignissimis) prorsus anteferenda*; cum ob recentem rerum gestarum memoriam (quæ animum non leviter afficit) tum maximè ob peritiam horum temporum in rebus plerisque magè perfectam, ac methodum in rebus gerendis a nobis imitabilem, priscis seculis plerumque ignotam. Quocirca hanc Monumentorum Syzygiam concinnavi, non multa solum *Nupera præclara acta, sed & Inclytos eorum Autores repræsentantem*; ut qui pectus generosum gerunt, & cum Viris Nuperis, maximis Virtutum Cultoribus, conversari in deliciis habent, nunquam tali Societate destituantur, sed imagines Virtutis & Gloriæ, frequentius intuendo ac meditando ipsimet etiam

etiam tandem in eandem omninò imaginem transformentur. Communis enim experientia confirmat, animum objectis quibuscum maximè conversatur necessariò assimulatum iri, & quemvis propriam suam voluptatem redolere. Nequid ergo voluptati tuæ desit, habes in hoc opere, non tantùm Virtutem & Honorem (bonis omnibus & ingenuis Viris charissima sem per oblectamenta) meditationi tuæ oblata, sed & Varietatem in utrisque, quæ plurimam adhuc cumulat delectationem.

9. *Ut quantum nobis datum sit ævi illius præcedentis Monumenta ab interitu vindicemus, omnes obliterationum causas præcavendo.* Templorum putà lapsus & ruinas, continuas pedum attritiones, conflagrationes, inundationes, hostiles invasiones, internos motus, aliasque Publicas calamitates. Multæ enim tum res tum personæ verè Nobiles, Eheu! illius etiam ævi (ut in Templorum Perquisitione cognoverim) tales ob causas jamjam tenebris amandatæ sunt.

Sed istis causis prædictis, altera quædam addenda est, eaque forsan Monumentis omnium inimicissima, mutatio viz.

in

in Religione; unde fit ut conſcientiæ cauſa, partes prævalentes, in partium ſubjectarum Monumenta irruentes, ea funditus evertere, aut alio quovis modo extirpare ſolent.

Quodſi ad Sinceros Veræ Religionis Profeſſores probandos, ſimulatos detegendos, & ad peccata ſuorum caſtiganda; tepiditatem viz. in rebus Divinis, diſſidia ob leves cauſas, fraterni amoris defectum, & quod maxime forſan ominoſum, ob cauſæ Reformatæ communem incuriam; ſi (inquam) has ob cauſas (quod Viris quibuſdam oculatiſſimis & Piiſſimis probabile videtur) a Deo permiſſum foret, ut Papiſmus Pauxillo tempore iterum Primas obtineret, ubi nunc Vera Religio, haud dubium eſt, quin una cum Vera Religione & Libertate, ſupprimentur etiam earum Monumenta. Vis ergo Lector Benevole, Rationem hujuſce operis ultimam, ordine quidem ſed non pondere? ecce illam; *ut Memoria tot rerum Glorioſarum, & Digniſſimorum earundem Actorum, de Vera Religione, Libertate, Virtute, Eruditione, vel de aliqua ſaltem harum & de Republica bene meritorum, per hæc Monumenta, ad ſeram Poſteritatem transmittatur.*

Cæ-

Cæterum, hoc in loco monendus es Benevole Lector, ut licet hæc Monumenta præcipuè a formatione hujus Reipublicæ, & Religionis Reformatione, sint collecta, siquid tamen Antiquum Deprehendi quod Heroicum, aut alia quavis ratione Egregium vel Insigne, Insertione mea Dignum Judicaverim, (etsi ab Asseclis Romanæ fidei tunc temporis ubique prævalentis) id minime neglectum esse. Quod ad Casus raros, & Res Curiosas, præterquam quod ea per totum librum sparsa invenias, de hisce ultimis præcipuè tibi satisfactum erit A LEYDA SEU LUGDUNO BATAVORUM, URBE ET ACADEMIA, PER TOTUM ORBEM FAMIGERATA, quæ tot res admodum Curiosas & spectatu Dignissimas in sinu suo complectitur, tam Neotericas quam Vetustas, PRÆSERTIM VENERANDÆ ÆGYPTIACÆ ET ROMANÆ ANTIQUITATIS MONUMENTA *quot (viz. id genus) nusquam forsan Gentium aliunde sunt videndæ. Cujus Inscriptiones, & Rarissima quælibet Cimelia, cum Annotationibus & Illustrationibus ad eorum Præcipua, hoc libro exhibentur.* Cum verò paucis quibusdam in locis Monumentorum sensus vix eliciendus sit, scias, ob incuriam vel ignorantiam Sculptoris vel Pictoris errores frequentius

his

his in rebus accidere, eosque aliquando prorsus incurabiles. Interdum etiam (licet perraro) lineam totam Monumenti, interdum maximam lineæ partem, a saxi sepulchralis fractura, vel perpetuis pedum attritionibus obliteratam inveni, quandoque & abrasam; ubi quando resivit præcedentibus & subsequentibus benè perpensis, si non ipsissima verba desiderata, sensum saltem congruum supplevi.

Hoc demùm te monitum volo, ut nonnullis in locis ubi quid indecorum occurrit, literæ nempe Majores usurpatæ pro minoribus, vel e contra, aut lineæ quædam Monumentorum Perperam dispositæ; vel ob literarum idonearum defectum, vel insciitiam Typographi, linguæ Latinæ ignari, & tali operi inassueti, Autore absente, id accidisse. Errata notatu digna in fine invenies: Unum tantùm observationi occurrit, post altera in fine notata, quod cum a sensu alienum hic notatur; Pag. 327. dele; *Nec adhuc totaliter omnes Viribus unitis quibant extinguere flammas*, & lege; *Hac camera tritis, dum vix absolvitur illa.* Leviora nonnulla quæ prima lectione facillime deprehenduntur, consulto omitens, ad Candorem tuum provoco.

Vale.

D. O. M.

ET

ÆTERNÆ MEMORIÆ

GULIELMI NASSOVII

SUPREMI ARAUSIONENSIUM PRINCIPIS

PATR. PATR.

QUI BELGII FORTUNIS SUAS POSTHABUIT ET SUORUM,

VALIDISSIMOS EXERCITUS, ÆRE PLURIMUM PRIVATO, BIS CONSCRIPSIT, BIS INDUXIT;

ORDINUM AUSPICIIS, HISPANIÆ TYRANNIDEM PROPULIT, VERÆ RELIGIONIS CULTUM, AVITAS PATRIÆ LEGES, REVOCAVIT, RESTITUIT;

IPSAM DENIQUE LIBERTATEM, TANTUM NON ASSERTAM,

MAURITIO PRINCIPI,

PATERNÆ VIRTUTIS HÆREDI FILIO,

STABILIENDAM RELIQUIT;

HEROIS VERE PII, PRUDENTIS, INVICTI,

QUEM

PHILIPPUS HISPAN. R.,

ILLE EUROPÆ TIMOR TIMUIT;

NON DOMUIT, NON TERRUIT,

SED IMPIO PERCUSSORE, FRAUDE NEFANDA SUSTULIT

FŒDERAT. BELGII PROVINCIÆ

PERENNE MERITORUM MONUM.

P. C. C.

DEO OPT. MAX.

ET ÆTERNÆ MEMORIÆ

SACRUM.

LUGETE FOEDERATI MORTUUM QUEM PRECLARA IN REMP. HANC MERITA NON SINUNT ESSE MORTALEM.

PETRUS HEINIUS,

ARCHITHALASSUS BRASILIÆ

MARI MEXICANO, LUSITANIS MORINIS FATALE NOMEN, HEIC JACET, CUI FOETITUDO MORTEM MORS VITAM DEDIT.

DELPHORUM PORTU SUB SEPTENTRIONE EDITUS, NATALIS SOLI FAMAM REPORTANS, è PORTU MALANGÆ AD *OCCIDENTEM* OPIMIS SPOLIIS GEMINO ORBI INTULIT. PARENTUM HUMILEM SORTEM ANIMI MAGNITUDINE ET RERUM GESTARUM GLORIA TRANSCENDENS, NON NASCI SEMPER HEROES DOCUIT, SED AUDENDO FIERI. PERINELUCTABILES FORTUNÆ TERRA MARIQUE CASUS, NUMINIS FAVORE ELUCTATUS, INDIAM, HISPANIAM, FLANDRIAM, CAPTIVITATIS SUÆ, MOX LIBERTATIS AC VICTORIÆ, TESTES HABUIT.

SINE TEMERITATE INTREPIDUS,
SINE FASTU MAGNANIMUS,
DISCIPLINÆ NAVALIS TENAX NON SINE SEVERITATE;
UT OBSEQUII PRIMUM OMNIS PATIENS,
SIC IMPERII POSTMODUM OMNIS CAPAX

ANNO CIↃ. IↃC. XXIV. PRÆFECTI VICEM GERENS, URBEM SALVATORIS IN BRASILIA INTER PRIMOS EX-

EXCENDENS, LUSITANIS, ERETTUM IVIT. ANNO CIↃ. IↃC. XXVII. CLASSI PRÆFECTUS, NAVES HOSTIUM SEX ET VIGINTI SUB EJUSDEM URBIS MÆNIBUS STUPENDO FACINORE EXPUGNAVIT, DIRIPUIT, EXUSSIT; ALIAS INSUPER TRES INCREDIBILI AUSU AD MAREAM INSULAM AGGRESSUS, PRÆMIA BELLI SPECTANTE HOSTE ABDUXIT. ANNO CIↃ. IↃC. XXVIII CLASSEM NAVIUM VIGINTI, ARGENTO, AURO, MERCIBUSQUE PRECIOSSISIMIS GRAVEM, AD CUBÆ LITTORA FOELICI OCCURSU OFFENDENS, FÆLICIORE MARTE SUPERAVIT ET.

NOVUS ARGONAUTA, E NOVA NOVI ORBIS COLCHIDE, AUREUM HISPANIARUM REGIS VELLUS, PRINCIPIBUS EUROPÆIS FORMIDABILE, MON IN GRÆCIAM SED FOEDERATORUM TERRAS, NULLO HACTENUS EXEMPLO TRANSVEXIT; ET SOCIETATI OCCIDENTALIS INDIÆ IMMENSAS OPES, HISPANO INOPIAM,

PATRIÆ SUÆ ROBUR-, SIBI IMMORTALE DECUS PARAVIT.

TANDEM,

MARIS PRÆFECTURAM QUAM FORIS MERUERAT DOMI ADEPTUS, NAVALI PRÆLIO CUM MORINIS DECERNIT, NAVIUM HOSTIUMQUE POST CRUENTAM PUGNAM VICTOR; IPSE MACHINA MAJORE ICTUS, FATALEM METAM SINE METU GLORIOSE ADIVIT.

EJUS FAMÆ VIRTUTISQUE ERGO.
EX ILL. ET PRÆP. ORD. DECRETO, REI MARITIMÆ PRÆFECTI SENATORES

MON. HOC. POS.

VIXIT ANNOS LI MENS. VI. DIES XXII.

TO MEN ΘANEIN OUK AIΣXPON, ΑΛΛ' AIΣXPON ΘANEIN.

ÆTERNÆ MEMORIÆ.

QUI BATAVOS, QUI VIRTUTEM AC VERUM LABOREM AMAS,

LEGE AC LUGE.

BATAVÆ GENTIS DECUS, VIRTUTIS BELLICÆ FULMEN, HEIC JACET,

QUI VIVUS NUNQUAM JACUIT, ET IMPERATOREM STANTEM DEBERI MORI EXEMPLO SUO DOCUIT:

AMOR CIVIUM, HOSTIUM TERROR, OCEANI STUPOR.

MARTINUS HARPERTI TROMPIUS.

QUO NOMINE PLURES CONTINENTUR LAUDES, QUAM HIC LAPIS CAPIT SANE ANGUSTIOR, ET CUI ORIENS ET OCCIDENS MARE, MATERIA TRIUMPHORUM, UNIVERSUS ORBIS THEATRUM GLORIÆ FUIT; PRÆDONUM CERTA PERNICIES, COMMERCII FÆLIX ASSERTOR, FAMILIARITATE UTILIS NON VILIS. POSTQUAM NAUTAS ET MILITES (DURUM GENUS) PATERNO ET CUM EFFICACIA BENIGNO REXIT IMPERIO,

POST LTA PRÆLIA QUORUM DUX FUIT AUT PARS MAGNA,

POST INSIGNES SUPRA FIDEM VICTORIAS, POST SUMMOS INFRA MERITUM HONORES,

TANDEM BELLO ANGLICO TANTUM NON VICTOR CERTE INVICTUS X. AUGUST. ANN. ÆRÆ CHRISTIANÆ CIↃ. IↃC. LIII. ÆTAT. LVI. VIVERE AC VINCERE DESIIT;

FŒDERATI BELGII PATRES HEROI OPTIME MERITO.

M. P.

Ibid.

EPITAPHIUM,

NOBILISS. ET MAGNANIMI.

HEROIS

ARNOLDI DUVENVORDII,

TRIBUNI MILITUM, DIVERSORUM OPPIDORUM ET MUNITIONUM OLIM GUBERNATORIS PRO DEO ET PATRIA FIDISSIMI ET PIENTISSIMI; OBIIT IN OSTENDÆ OBSIDIONE, 11. Junii, Anno 1602.

Siſte gradum tu qui tranſis, meritòque Sepulchro
Aſpice ut inquiras quis hic eſt?
Ille à quo potuit virtutem Diſcere virtus,
Cui Comes & Pietas & Fides:
Vivere cui decus in *Chriſto*, cui pro grege *Chriſti*
Dulce fuit bellum & mors ipſa.
Scire cupis quis ſit? Jacet hic, *Duvenvordius* ille
Nobilis *Arnoldus* Batavum Decus.
Heu! rapuit quem peſtis atrox Oſtendaque Sæva,
Fælix, nam Deus ipſum ſuſcipit,
Rara avis in terris, nigroque ſimillima cygno,
Magnus erat Pietate & Marte.

Obiit Anno CIↃ. IↃC. II. IV. Non. Jun.

MONUMENTUM NOBILISS.

D. ELISABETHÆ MARNIXIÆ.

ILLUSTRI SERIE, LONGAQUE AB ORIGINE GENTIS,
MORGANI HIC CONJUX ELISABETHA TEGOR.
MARNIXI SOBOLES, QUOD NON NESCITUR IN ORBE
NOMEN, ET INVITO TEMPORE SEMPER ERIT.
VIRTUTUM SATIS EST, UNI PLACUISSE MARITO:
QUOD PRO ME LOQUITUR, TAM PRECIOSUS AMOR.

D. O. M.

ELISABETHÆ MARNIXIÆ

UN.

PHILIPPI MARNIXII,
S. ANTALDEGONDANI F.

MATRONÆ GENEROSISSIMÆ, UXORI OPTIMÆ, CASTISSIMÆ, MATRI PIENTISSIMÆ, DULCISSIMÆ.

CAROLUS MORGAN EQUES

G. P. TRIB. L. P.

VIXI, UT VIVIS, MORIERIS, UT SUM MORTUA. ANNO CIↃ. IↃC. VIII. X. FEB.
RELICTA FILIOLA PATRI

ANNA MORGAN.

LEX UNIVERSI EST, QUÆ JUBET NASCI ET MORI.

Ibid.

OPINIEN DER MENSCHEN, REGEREN DE WERELT.

'T Geloof neemt aen het woord 't welk
vloeit uit Godes mont,
De hoope ſtaet op Godts beloften vaſt
gegrondt,
En ſoeckt met haer Gebedt den Hemel
te verkrachten,
De Liefde ſpoeit om Godts bevelen te
betrachten,
Soo moet door eenen wegh, en door drie
Trappen treen,
Een Chriſten Menſchtot hem, die drie is
en maer een.

Latine Sic.

OPINIONES HOMINUM. GUBERNANT MUNDUM.

Verba Dei capit ipſa fides, ſpes fulta Dei-
que
Promiſſis, immota manens, prece ſolvere
Cœlos
Tentat; Amor, peragit Domini dum juſ-
ſa Verenda
Feſtinat; Sic una Via eſt, tres ſcandere ſca-
las
Debet, trinunum qui vult inviſere numen.

Sepulchrum
AMPLISSIMI VIRI
JACOBI van der DUSSEN,
QUINQUE-VIRI AGGERUM REGUNDORUM, CONSUL.
DELPHENSIS,
DOMINI IN HERENCARSPEL, CALVERDIJCK
DIRCKS HORN ZC.
EJUSDEMQUE UXORUM, LIBERORUM, ATQUE
AFFINIUM.
M. DC. XIV. *ibid.*

VIATOR PAUCA HÆC LEGE.
SITI HIC SUNT CIVES ET CONJUGES DUO; CIVES,
BONI, HONESTI, CLARI; CONJUGES FIDI,
CASTI, PLACIDI;
PAULUS van BERESTEIN,
VIR VITA GRAVIS, ALLOQUIO AFFABILIS,
DIGNITATE COS. COMMERCIIS INCULPATUS, &
VOLCKERA NICOLAI,

Amore erga Maritum, Pietate erga liberos Spectabilis; qui exactis concordi Matrimonio Annis LIV. & pluribus Divinæ benedictionis testimoniis ornati,

Seculum hoc æternitate, Honores immortalitate, opes fælicitate, negotium otio, terram Cœlo Commutarunt.

Obiit. P. van BERESTEIN A. CIↃ. IↃC. XXV. Novemb. XXIII. Ætat. LXXVII.

Et VOLKERA NICOLAI Aº. CIↃ. IↃC. XXXIV. April. XXVII. Ætat. LXXIX.

P. M. Poni F. Liberi, Nepotes, pronepotes.

Ibid.

ÆTERNITATEM
COGITATE SINGULI.
MUNDUS IMMUNDUS, ET MUNDANA VANA.

ADRIANUS RAVESTEIN,
MED. Dr. ET GYMNASII DELPHENSIS.
PER XXVII.
ANNOS COMMODERATOR,
DENATUS Ao. Dni 1651,
MENSE DECEMB.
HIC RESURRECTIONEM EXSPECTAT.

Hoc tumulo Pietas, & mens sibi conscia recti,
Candor, Simplicitas nuda Sepulta Jacet.
Ibid.

THEOD. VERBURGII J. Cti.
RESURRECTIONEM MORTUORUM
ET
VITAM FUTURI SECULI EXSPECTANTIS
SEPULCHRUM.
GLORIA IN ÆTHERIIS JEHOVÆ.

Immundus mundus, mundanaque vana, viator
Fallaces mundi respuito Illecebras.

Exoptate Diu (re ſis & nomine *Jeſus*)
Jeſus Chriſte Deus ſpes mea Sola veni.

Dæmonis inſidias fidei vi vince nefandas
Vis vitæ æternæ fælicitate frui.
Cedat corporeæ carnis male ſuada voluptas
Soliusque animæ ſit tibi cura tuæ.
Cætera, Judicii ſemper tibi ſtare ſupremum
Lector crede diem, fidere perge Deo.

Gedenckt ô menſch aen ſtof, gy kunt daer dit uyt leeren
Dat ghy tot aerd en ſtof, wel haeſt ſult wederkeeren.
Laet ons o levens Vorſt, om Dijne doot weer leven,
Verheerlijck ziel en lijf, wilt haer de kroone geven,
Breng doch Almaghtigh Godt, ons door genade boven.
Om uwen Heyl'gſten Naem in eeuwigheyt te loven.

Halelujah.

Latine Sic.

O mortalis homo, tibi ſit meditatio crebra.
Pulvis, in hunc cito te rediturum ita Diſcere poſſis. O vitæ

O vitæ princeps, iterum det vivere nobis
Vita tui, noſtrum tua gratia corpus honore
Conjungat menti, vitæ det utriſque coronam,
Inque ſedes tandem tu nos tranſume ſupernas,
Æterno a nobis cantu celebreris ut ipſe

D. VERBURGH.

BERNARDUM COLUI, MONACHUS MALESANUS ET ABBAS,
SED CHRISTUS SERVUM REDDIDIT ECCE SUUM,
CUJUS AMORE ARDENS, DUM PASCO FIDELITER AGNOS,
HAC RECUBO TANDEM MENTE BEATUS HUMO.

THOMAS TILIUS
MINISTER ECLESIÆ DELPHENSIS

OBIIT DIE XIII. JANUARII, Ao. Dom. M.D.XC.

Ibid.

D. O. M. S.

ADRIANO TEDING
BERCHOUT.

CURIÆ HOLLANDIÆ
SENATORI AMPLISSIMO,
VIRO; OB EXIMIAM INTEGRITATEM PRU-

PRUDENTIAM, HUMANITATEM
BONIS OMNIBUS CARISSIMO.

CONJUGI OPTIMO,
OPTIMO PATRI,
UXOR LIBERIQUE MÆRENTES P. P.
OBIIT HAGÆ XIX. KAL. SEPTEM.
AN. SALUT. M. D. C. XX. ÆTAT. XLIX.

delphis.

MEMORIÆ SACRUM

HADRIANI BERCKHOUTII.
I. V. D.

QUEM HORNA IN FRISIIS EDIDIT, ET LONGASERIE E CONSULARI FAMILIA NATUM, SYNDICUM PRIMUM, MOX THESAURARIUM MONACHODAMUM HABUIT;

RATIONIBUS FÆDERATI BELGII, ITERATIS VICIBUS, HOLLANDIA PRÆFECIT:

DEIN COLLEGIO STATUS EJUSDEM BELGII SENATOREM, DENIQUE IN PROVINCIALI CURIA CONSILIARIUM DIXIT.

Monumentum hic Vides,
Brevis urna eum capit.
CUJUS VIRTUTES, URBS PATRIA, MONACHODAMUM, CURIA, NON CEPIT.

JURIS ET ÆQUI ASSERTOR ACERRIMUS, CONSTANS IN OMNI FORTUNA, AMICITIÆ ET HUMANITATIS CULTOR SERIUS. COMIS FINE FUCO, GRAVIS SINE SUPERCILIO, FIDE, CANDORE, OFFICIIS OPTIMIS

TIMIS PROBATUS. PACIS PUBLICÆ ET PRIVATÆ AMANS, IDEOQUE JAM ÆTERNÆ, CUM MARGARETA UXORE, PAULI BERESTENII SÆPIUS DELPHENSIUM CONSULIS FILIA, EODEM HIC TUMULO CONDITA POSSESSOR,

Beatam Resurrectionem expectat.
Natus Ao. Æræ Christianæ CIↃ. IↃLXXI.
Denatus Ao. CIↃ. IↃC. XX. ID. Sextil.
Parenti optimo filii filiæque
P. P.
Hæc meta Laborum.

Ibid.

HONORI ET GLORIÆ
HEROIS ILLUSTRISS. ET EX VETUTISSIMA NOBILITATIS BATAVICÆ STIRPE, PER CONTINUAM ET LEGITIMAM SUCCESSIONEM PROGNATI,

D. JACOBI DYNASTÆ DE WASSENAER, DOMINI IN OPDAM, FÆDERATI BELGII ARCHITHALASSI, &c.

REBUS PRÆCLARE TERRA MARIQUE GESTIS, NONTANTUM IN ATLANTICO OCEANO, UNDE SPARSA FUGATAQUE LUSITANORUM CLASSE MAGNAQUE ONUSTUS PRÆDA DOMUM REDIIT, SED ET IN FRETO BALTICO, UBI PULSIS ADVERSARIIS ET INSIGNI PARTA VICTORIA,

LABORANTI DANIÆ SUCURRIT ET SIMUL MAJESTATEM REIPUB. ASSERUIT ET STABILIVIT,

AC

AC TANDEM CONTRA UNIVERSAM REGIAM ANGLORUM CLASSEM CUM PAUCIS FORTISSIME DIMICANS AC UNDIQUE CINCTUS, NE SIC QUIDEM CESSIT HOSTIBUS, SED MAGNA PRIUS EDITA STRAGE INCENSAQUE DEMUM PRÆTORIA SUA NAVI.

HERCULEO EXEMPLO FLAMMIS VIAM SIBI AD SUPEROS PARATAM INVENIT.

Anno Ætatis LV.

ILLUSTRISS. ET POTENTISS. FÆDERATI BELGII PROCERES, VIRO FORTISSIMO OPTIMEQUE DE REP. MERITO MONUMENTUM HOC POSVERE.

ANNO REPARATÆ SALUTIS, M.DC.LXVII.

ANNO ÆRÆ CHRISTIANÆ M. DC. LVII. CLASSIS FOEDERATI BELGII DUCTU DYNASTÆ DE WASSENAER PROPE OSTIA TAGI NAVES LUSITANICAS E BRASILIA REDUCES INVADIT.

ANNO ÆRÆ CHRISTIANÆ, M. DC. LVIII. FOEDERATI BELGII CLASSIS DUCTU ET AUSPICIIS DYNASTÆ DE WASSENAER FRETUM BALTICUM INGREDITUR AFFLICTISQUE DANIÆ

DANIÆ REBUS SALUTAREM FERT OPEM, PULSA FUGATAQUE POST ACERRIMUM CONFLICTUM ADVERSARIORUM CLASSE.

Temp. Mag. Hag. Com.

CLARISSIMO CONSULTISSIMO DOCTISSIMOQUE VIRO

ARNOLDO NICOLAI

ANTEA QUIDEM HOLLANDIÆ SENATUS, POSTEA VERO SUPREMI CONCILY AB ORDINIBUS CONFÆDERATARUM PROVINCIARUM HAGÆ COMITIS STABILITI, PRÆSIDI INTEGERRIMO.

FRATRI CHARISSIMO AMANTISSIMOQUE, FRATER ET SOROR SORORUMQUE LIBERI MASTI POSUERE. VIXIT ANNOS LXIIII. OBYT XI. KALENDAS FEB. ANNO A CHRISTO NATO. M. D. XC. II.

H. S. E.

NOBILISS. ET CLARISS.

HADRIANUS MILIUS, ARNOLDI F. DORDRACENUS.

JURIS SCIENTIA ET TITULO EXIMIUS, VARIA PRUDENTIA PRÆDITUS, ET AD VARIAS DIGNITATES EVECTUS,

IIS-

IISQUE CUM SUA LAUDE ET BONO PUBLICO FUNCTUS,
CONSILIARIUS IN CURIA BATAVIÆ, ET IN EA DENIQUE PRÆSES;
VIGILANS, INCORRUPTUS ET VERUS JUSTITIÆ ANTISTES.

QUI OMNI VITA LAUDABILITER PERACTA SUBITO

Obiit Anno Chr. CIↃ. IↃ. XC. VI. Kal. Julij.
Vixit ann. LII.

Lector. & Patria
Dolete.

ibid.

NOBILI AC PRÆCLARO VIRO

THEODORO ab EGMONDT
a NYENBURGH.

SUPREMI IN HOLLANDIA CONCILII PRÆSIDI DIGNISSIMO ATQUE INCORRUPTISSIMO, MONUMENTUM HOC DELIANA DE BLOCKHUYSE CHARISSIMO CONJUGI MÆSTISSIMA CONJUX POSUIT.

Obiit anno Domini XVC. XCVI. VII. Idus Jan.

idid.

D. G. M.

AND. HESSELIUS DE DEVENTER
SENA-

ARAUSIONENSIUM PRINCIPIS MAURITII NASS. &c.
CONSILIARIUS; GELRIÆQUE PROVINCIÆ ET ZUTPHANIÆ ELECTUS CANCELLARIUS, AC IMPERANTE SERENISS. AUDUM.
DUCE IN BELGIO, FINANTIARUM SUPREMUS THESAURARIUS &c. &
MARGARETA VANDER MOELEN
CONJUGES,

Hic Reſurrectionem exſpectant & Miſericordiam.

Ille ab anno 1600.
Iſta 1624.

Ibid.

VCL. JOANNI SANTENO CUM AMPLISSIMIS FUNCTUS HONORIBUS POSTREMUM SUMMI APUD BATAVOS AUDITORII SENATOR.

Anno Chriſti CIↃ. IↃC. IX. Suo autem XLII. Die Octobris XXVI.

Ad meliorem vitam
Migrans grave ſui deſiderium reliquiſſet: Uxor & Liberi Mæſti Poſuere.

Ibid.

CUM CHRISTO
SURGERE
VITA EST.

HIC JACET ALBERT. a SCHULENBURG
FILIUS UNICUS.

NOBILISSIMI AC STRENUI
LEOPOLDI IN APENBURG ET BELZEN-
DORE IN ANTIQUA MARCHIA
BRANDENBURG.

OB. PIE A6. M. DC. XXII. 1. NOV. ÆTAT. 24.

Ibid.

D O M.

SI PACEM QUÆRIS LIBERTATEMQUE

VIATOR AUT NUSQUAM AUT TALI SUB
LAPIDE INVENIES.

LEO AB AITZEMA.

NATUS 1600 19 NOVEMBR.
DEFUNCTUS 23 FEBRUARY 1669.
Hic P. ET L. EXSPECTAT.

Ibid.

JOANNIS JOACHIMUS

RUSTOR F.

ARCHI-

ARCHIPALATINÆ DOMUS CONSILIARIUS INTIMUS, GENERIS NOBILITATE, VITÆ INTEGRITATE,

ERUDITIONIS SINGULARIS LAUDE CELEBRIS; LEGATIONIBUS AD REGES ET PRINCIPES CLARUS, RERUM POLITICARUM AC JURIDICARUM NOTITIA, NOBILIUM SUI TEMPORIS NULLI SECUNDUS;

RELIGIONIS ORTHODOXÆ CULTOR, CAUSÆ PALATINÆ ASSERTOR:

PIAM ANIMAM DEO CREATORI REDDIDIT, CORPORIS EXUVIAS HIC LOCI DEPOSUIT IN BEATA RESURRECTIONE RESUMENDAS.

Natus Aurachii XXVI. Octob.

An. M. D. LXXXIX.

Denatus Hagæ Comitis XXVII. Auguſt.

An. M.DC. XL.

Ibid.

HIC JUXTA REPONUNTUR EXUVIÆ

WALTERI VANE,

MILITIS,

HENRICI VANE,

MILITIS,

CAROLO PRIMO MAGNÆ BRITANNIÆ REGI

A SACRIS CONCILIIS ET SECRETARII PRINCIPAL. FILII QUINTI;

QUI A SERENISSIMO PRINCIPE AURIACO.

CAMPO PRÆFECTUS,

MEDIA INTER AGMINA,

FORTI MANU, SED FORTIORI ANIMO.

in

PRÆLIO SENEFFENSI

HOSTIUM IMPETUM ET RABIEM REPELLENS,

CÆCO SED INEXPUGNABILI MARTE PERCUSSUS,

MONTII oppido qnod est HANNONIÆ, ANNO DOM. ɔIC. IↃC. LXXIIII

ÆTATIS SUÆ LV.

III NONAS AUGUSTI

INVICTAM PER VULNERA REDDIDIT ANIMAM DEO.

Ibid.

SEPULTURE VAN HEER

WILLEM BOREEL Fus. M. Heer

JACOBS,

RID-

RIDDER, BARON ENDE HEER VAN URENDIJCK, URENHOVE, HEER VAN STEFLANT, DUINBEKE, PERENBOOM, &c.

NA VERSCHEYDEN AMPTEN, BESENDINGEN ENDE AMBASSADEN AEN KONINGEN, REPUBLICKEN EN PRINCEN, WERDE Ao. CIↃ. IↃC. L. AMBASSADEUR ORDINARIS VAN DESEN STAET IN VRANKRIJCK.

Sterf te Parijs. 29. Sept. 1668.

IS HIER BEGRAVEN DOOR DEN STAET 8 JANUARY,

CIↃ. IↃC. LXIX. ende van

VROUWE JACOBA CAREL SIJN EGTGENOGTE, FILIA JANS, BARONNE ENDE VROUWE ALS BOVEN, STERFT AMBASSATRISSE IN VRANKRIJCK TOT PARYS DEN XVII. JUNIUS M. DC. LVII. ENDE LIGHT HIER BEGRAVEN.

Latine Sic.

MONUMENTUM.

D. WILHELMI BOREEL F. D

JACOBI,

EQUITIS, BARONIS ET TOPARCHÆ IN URENDIJK, URENHOVE. TOPARCHÆ STEFLANDIÆ DUINBEKÆ ET PEREBOOM, &c.

POST VARIA MUNERA PUBLICA, MISSIONES ET LEGATIONES AD REGES, RESPUBLICAS, ET PRINCIPES, FACTUS EST Ao. CIↃ. IↃC. L. LEGATUS HUJUS REIPUBLICÆ ORDINARIUS IN GALLIAM.

OBIIT LUTETIÆ 29 SEPTEMB. 1668.
DECRETOQUE AC SUMPTU PUBLICO
HIC SEPULTUS:

&

D. JACOBÆ CAREL EJUS CONJUGIS, FILIÆ JOHANNIS, BARONISSÆ ET DOMINÆ UT SUPRA, QUÆ VIRO SUO IN LEGATIONE SOCIA FIDELISSIMA LUTETIÆ GALLORUM DEFUNCTA EST 17 JUNY. M. DC. LVII. ET JACET HIC SEPULTA.

Ibid.

PIETATI ET HONORI

S.

V. N.

THEODORO GRASWINKELLIO,

I. F. EQU. S. MARCI, HOLLACI DN.
DELFIS BATAVORUM STRIPE COS.
PROGNATO.

QUI A PRIMA ÆTATE, INGENIO QUOD NACTUS ERAT OMNIUM SCIENTIARUM CAPACISSIMUM, GNAVISSIME USUS, NON SOLUM DELIBAVIT SED ET ABSOLVIT ENCYCLOPÆDIAM; MEMORIA TAM VASTA ET FIDELI, UT OMNIA QUÆ UNQUAM DIDICERAT OPPORTUNISSIME SEMPER PROMERET, ET AD PRUDENTIAM LEGITIMAM AC CIVILEM QUAM SIBI PRÆ CÆTERIS DESPONDERAT EXCOLENDAM REFERRET.

HINC A PRIVATIS FORI CURIS AD FISCI PATROCINIUM TRANSLATUS, DICASTERIOQUE LEGE PACIS MONASTERIENSIS CAUTO GRAMMATEUS DATUS,

TUS, CHARTISQUE TRADUNDIS EXACTIOR MISSUS,

SCRIPTIS INTEREA PLURIMIS, PATRIAM, JUXTA VENETOS, ALIOSQUE, SIBI OBSTRINXIT.

OFFICIIS AC COMITATE, QUOSVIS DOMI PEREGREQUE DEMERITUS, ERUDITIONE INCOMPARABILI RAPTOS IN STUPOREM: AFFLICTIS SUPPETIAS, EGENIS SUBSIDIA, OPIPARA MANU FERENS:

PIETATIS SOLIDÆ CULTOR CITRA FUCUM ET SIMULATIONEM, SOLERTIA ET RERUM AGUNDARUM FACILITATE NEMINI SECUNDUS:

ERECTO SPIRITU ET SUBLIMITATE ANIMI CUNCTIS ANTISTANS; SED DUM NON MINUS IMPOSITUM MUNUS QUAM DE JURE SUMMI IMPERII BONO PUBLICO ET NOMINI BATAVICO OCCEPTAS LUCUBRATIONES EXEQUI SATAGIT, ET SIC VEL SUPREMUM ANHELITUM REIPUB. IMPENDIT. ABSENS VIOLENTA PARALYSI DE MEDIO TOLLITUR. MECHLINIÆ A. D. D. XII OCTOBRIS Ao. CIↃ. IↃC. LXVI.

N. DN. GERTRUDA VAN LOON.

CONJUGI DE SE OPT. MERIT. HEIC INHUMATO.
P. C. VIXIT. AN. LXVI. D. XII.

Ibid.

HÆC INSCRIPTIO LEGENDA EST AD LÆVUM LATUS ORGANORUM PNEUMATICORUM IN TEMPLO MAGNO HAGÆ COMITIS.

ANNO MIRABILI CIↃ. IↃC. XXIX.
QUO DE
CLASSE HISPANICA
CAPTA
VESALIA OCCUPATA,
SYLVA DUCIS EXPUGNATA;
HOSTE FUGATO
TRIUMPHATUM
VICTRICI PATRIÆ, CÆLO VICTORE,
TRIUMPHOS
ACCENTURA SACRIS RELIGIOSA MODIS.

ibid.

HÆC AD LATUS DEXTRUM ORGANORUM EORUNDEM.

S P Q.
HAGIENSIS,
IMMENSI
ERGA PATRIAM BENEFICII,
IMMORTALI DEO,
LAUDES IMMORTALES,
VOCE, MANU, PECTORE,
AC-

ACCENTURUS
E. C.

SINGULA QUÆ PER SE BATAVI BONA VERBA LOQUANTUR
UNA TOT AMBIVIT VOCIBUS HAGA LOQUI.

1629.

Ibid.

PERPETUÆ MEMORIÆ
NOBILIS VIRI

D. JOHANNIS L'EMPEREUR

AB OPPYCK,

Qui poſt Studia in Belgii Fœderati Academiis fæliciter exculta, & inde quinquennalem per Germaniam, Helvetiam, Italiam, Galliaſque Peregrinationem, Quum S. Miniſterio (CUI SOLIUS RELIGIONIS ET CHRISTO INSERVIENDI ZELO SESE DEVOVERAT) LEYDERDORPII Biennium, Briellæ Octennium, & annos Totidem HAGÆ COMITIS, SINGULARI PIETATE, PRUDENTIA ATQUE FACUNDIA PERFUNCTUS ESSET; hujus vitæ & Agreſtis, & Civicæ & Aulicæ, Pertæſus; SEMPERQUE REBUS ETIAM SECUNDIS AD CÆLESTEM ADSPIRANS PATRIAM, TANDEM FIDUCIÆ IN DEUM PLENUS, EO CONMIGRAVIT, relicto ſui in piorum animis Deſiderio ardentiſſimo Ao. CIↃ. IↃC. XXXVII. XXII. Auguſti. Ætat. ſuæ XLIII,

UXOR ABIGAEL THYSIA REV. THEOLOGI
D. ANTONII THYSII F. Liberique, P.C.

Templo Cœnob.
Hag. Com

Ibid.

EXSPECTAT HIC
DIE SUO DEUM SUUM
QUIDQUID MORTALE FUIT VIRI NOBILIS,

ARNOLDI VAN DORP,

EQUITIS, TOPARCHÆ TEMSCHÆ, MAESDAMI,
ET IN MIDDEL-HERNES:

MECHLINIÆ OLIM, MOX ZIRCZEÆ
Gubernatoris;

AB ANNO SALUTIS CIↃ. IↃC. II AUGUSTI.
ÆTATIS LXXII.

ibid.

ACCESSIT.

PILIA DEFUNCTI,

JOSINA VAN DORP,

VIDUA VIRI ILLUSTRIS

CAROLI DU BECQ.

EQUITIS, BARONIS DE BOURG, TOPARCHÆ
VILLEBONII, EQUITUM GALLICORUM
IN CONFÆD. BELGIO TRIBUNI.

A R

AB ANNO SALUTIS CIↃ. IↃC. XLVI.
ÆTAT. LXXXI.

Ibid.

HOSPES SIS VIDENS,
CONDIT. HIC
QUICQUID CADUCUM FUIT
VIRI MILITIS,

D. EDWARDI HARWOOD,

ANGLI.

EQUITIS AURATI, NORFOLCIA ORIUNDI, qui PRÆPOT. D. D. ORD. GENER. in obsid. BOMMELIÆ M. D. CX. IX. Primo Militavit; OSTENDÆ M. DC. II. Vexillo Donatus; RHENOBERGE Propugnandæ M. DC. VI. Pro centurio Centurio evasit, exin Legionis Angli ILLUST.

D. ROB. SIDNEY,

VICE COM. DE LISLE pro Tribunus Tribunus factus EST; Denique post XXXIII. ann. Stipendia, ad obsessam Mosæ Trajectum tertio globulo perfossus Officio simul & fato functus est.

Quod

IMMORTALI (VIRI FORTIS JUXTA AC BONI, DEO PATRIÆQUE DEVOTISSIMI) MEMORIÆ;

NEC NON POSTERORUM EXEMPLO,

HENRICUS HERBERT
&
NIC BYRON,

ÆQUI

EQUITES AURATI, ILLE TRIBUNUS LEGIONIS,
HIC CENTURIO COHORTIS ANGLICANÆ.

P. C. A. D. M. DC. XXXVI.

Ibid.

PIÆ MEMORIÆ

D. JOANNIS RAETKE,

VITA DEFUNCTI

A. M. CIↃC. LXI. XXIV. May.

ANGLIA ME GENUIT, PRUSSI TENUERE,
POLONI,
ITALUS & GALLUS, TEUTO,
BRITO, BATAVUS,
MUSAS, NEPTUNUM MARTEM, SECTATUS
& AULAM,

NIL NON EXPERTUS, DENIQUE CUNCTA NIHIL,
ET NIHIL IN NIHILUM CONVERSO CORPORE
FOSSA
SERVAT QUOD SUPEREST, AST ANIMAM DOMINUS.

Posuerunt Pauperes
EX
LIBERALITATE DEFUNCTI,

Temp. Novo Hagæ Com.

Ibid.

REGNE-

REGNERUS PAUW,

EQUES, HURSTI AC RHENOBURGI DOMINUS, IN SUPREMO SENATU HOLLANDIÆ, ZELANDIÆ AC FRISIÆ PRÆSES, ELEGIT SEPULCHRUM SIBI ET SUIS IN MEDITULLIO HUJUS TEMPLI, CUJUS PRIMUM LAPIDEM IPSE JECIT.

XXXIII AUGUSTI,

ANNO D. CIↃ. IↃC. XLIX.

Iu Hoc curarum Termino, mortale depoſitum, tinctum rore fauſtæ reſurrectionis, expectat Subſtantiam & formam non perituram, ut immortalis anima immortalem induat amictum, æternaque Pace & gaudio ſimul fruantur.

Obiit Anno. Dº. CIↃ. IↃC. LXXVI.
Ætatis ſuæ LXXXIIII.

DEUS
PAVIT.

Hagæ Comitis
Templo Novo.

HAER-

HAERLEMI.

GRAFSCHRIFT VAN GUILLAUME DE KEY,

Sterf den 16. October. 1624.

HIER LEYT DE VROOME KEY EN DEUGDS PATROON BEGRAVEN,
EEN MAN VAN RAED EN DAED VAN SONDERLINGE GAVEN,
DER ARMEN HOOFD EN TROOST VERSTANDIG EN BELEEFT,
WAER AAN SO MENIG MENSCH SO VEEL VERLOOREN HEEFT.

ende

MARIA VAN DEN VOORDE

SYN HUYSVROUW,

Sterf den 23. May Anno 1639.

Latine Sic.

EPITAPHIUM GULIELMI KEYI,

Defuncti 16. Octobris Anno 1624.

NOVERAT UT VIRTUS KEYUM CECIDISSE PATRONUM,

ACCELERANS SPOLIUM VENDICAT IPSA SIBI.
DOTIBUS HIC VARIIS FUIT UNCTUS ET INDOLE RARA,
CONSILIO POLLENS CONFICIENDO POTENS,
PRUDENS ET COMIS CAPUT ET SOLAMEN EGENIS,
CUJUS ET INTERITUS PUBLICA NOXA FUIT.

ET

MARIÆ van den VOORDE

EJUS UXORIS.

Obiit 23. May. Anno 1639.

Temp. Mag. Harlemenſi.

Ibid.

D. O. M.

Do. Mro. HENRICO BECKER,

Fridei. Fo. HENRICI Nepoti. Sybillæ Conjugi.
Inclytæ Reipub. GOCHſis. Patriæ Juventutis
per Annos Lta. Rectori meritiſſimo,
Patri Piiſſimo hic Sepulto,
Filii
ALBERTUS ET JOHANNES BECKER,

Honeſte, pie, grati, Mæſti Poſuerunt.
Ad ſuos Liberos.

Eſt

Eſt Pietas ſibi Sufficiens tutiſſima virtus;
Qua vos excolui, Jam Pietate color,
Quoque Deum in vobis, Pietatis amore,
ſequutus:
Hic jam me ſequitur, nec ſinit ille mori.

Natus Anno 1516. Obiit Anno 1599.

Templo Magno Harlemenſi.

MEMORIÆ SACRUM.

AGATHA ADRIANI HORNANI F.

CONJUGI BENE MERENTI

D. NICOLAO VAN DER LEUR,

OMNIBUS HONORIBUS MILITARIBUS DEFUNCTO,

CUM QUO VIXIT SINE MACULA ET QUERELA,
ANNOS XXVIII LUGENS MÆRENSQUE POSUIT.

ARMA PUER GESSI PRIMIS INGLORIUS ANNIS
SED PEPERIT NOMEN DEXTRA FIDESQUE MIHI,
LUSTRA DECEM IMPLEVI DUX ET VIRTUTE TRIBUNUS,
GLORIOR OSTENDÆ SIC POTUISSE MORI.
ICTUS TORMENTO ÆNEO OCCUBUIT

An. CIↃ. IↃI. II. VII. ID. Ian

Tumulum marito Condidi quo jam tegor, una ſub urna Conjuges quieſcimus; miſcemus oſſa, mixtus eſt cineri cinis: Hæc ſumma lex eſt funeri, Si quis tamen Amor Superſtes, quæret in cœlo locum, Anno 1602.

Ibid.

ET

PIÆ MEMORIÆ

CORNELII COPERI

HARLEMENSIS,

CHIRURGI EXCELLENTISSIMI,
QUIQUE MULTAS PUERPERAS PRÆSENTI
PERICULO ERIPUIT.

Ne fieret vitæ via duplex Janua mortis, Fata
Puerperiis demisi ego, nemo mihi.

Obiit IX. Novemb. M. DC. LIX.
Conjux mæstissima & amici Posuerunt.

Templo Magno Harlemensi.

Ibid.

EPITAPHIUM.

RECTOR JUVENTÆ, MUSICI DUCTOR GREGIS
SCHONÆUS, EGI FABULAM FICTAM PRIUS:
VERAM PEREGI: SUMMUS HIC ACTUS MIHI:
SCENAM RELINQUO, VOS VALETE ET PLAUDITE.

Obiit anno CIↃ. IↃC. XI. Novemb. XXXIII.
Ætat. 71.

Ibid.

A. XVC. LXIX.

Den XXIV. Decembris is hier begraven
ERMGARDT CONRAEDS DOCHTER:

INGENIO COMIS DEMISSA,
ET PACIFICATRIX.

HEU NIMIUM CRUDO RAPTA
PUERPERIO.

Ibid.

Den xxix. Decembris worde
PIETER JANSZ. ROEET
hier begraven.

qVa ferVs InnoCVos IVGVLarat LVCe pueLLos reX, heV fataLIs LVXIt & Ipſa MIhI.

In hoc Templo quod a Civibus Magnum vocatur, a Scriptoribus vero pro Maximo & Splendidiſſimo totius Hollandiæ celebratur; obſervationi occurrit viatoris, SPECTACULUM QUODDAM RARISSIMUM ET NOTATU DIGNISSIMUM.

Sex naves bellicoſæ (ſivæ præſidiariæ) ad invicem colligatæ (non depictæ ſed fabricatæ) inter duas Templi Columnas ſunt ſuſpenſæ, & videntur quaſi vento ſccun-

ſecundo & velis extenſis, altera alteram inſequi lineâ directâ & curſu citatiſſimo; quarum prima carinâ ferreâ ſerratâ inſtructa, catenam ferream inter duo Caſtella (etiam fabricata & ibidem ſuſpenſa) tranſitum negantem, trajicit, & diſſecat. Quærenti mihi quid hoc velit, (quoniam nulla adfuit inſcriptio ediſſerens) a Cive quodam in Templo deambulante reſponſum fuit: hoc repræſentari NOVUM ET MIRANDUM ILLUD STRATAGEMA, quod in obſidione PELUSII (NUNC DAMIATÆ) invenere olim HARLEMENSES; qui ferras carinæ (ſive infimæ navium parti) adaptantes, beneficio venti fortiſſimi, catenam ferream portum occludentem diſciderunt, & urbem alioquin invincibilem expugnarunt; cujus Inclytiſſimæ Victoriæ ad ſempiternam memoriam Monumentum hoc poſitum. Præclara hæc victoria a multis ſcriptoribus, plurimis hujus Civitatis laudibus annumeratur, inter quos non poſtremum obtinet locum,

THEODORUS SCHRIVERIUS, Poëta Celeberrimus, qui hac de re edidit TROPHÆUM PELUSIACUM anno 1598, quod & ipſe legi.

Huic etiam adstipulantur Historiæ, mos quidam Solennis puerorum HARLEMENSIUM, qui quotannis Kal. Januar. naviculas ad proram Serratas, imagineſque bacillis ſuffixas, (tanquam victoriæ argumenta) in plateis circumferre ſueſcunt, & duæ nolæ ex ære CORINTHIO conflatæ (De Damiatens vulgo dictæ) quæ in ſummitate Turris ejuſdem Templi ſuſpenſæ, quotidie circa horam nonam argutum edunt ſonum.

Juxta hoc Templum paucorum paſſuum diſtantiâ (vix numerum Denarium excedit) vidi Domum in qua quondam habitavit DIVINÆ INVENTIONIS TYPOGRAPHIÆ AUTHOR, LAURENTIUS COSTERUS, qui primus omnium Scripta typis commiſit; a quo impreſſus eſt DONATUS anno 1450 (liber primus typis excuſus) cujus rei certior factus JOHANNES FAUST, vel ut alii JOHANNES GUTENBURG civis MOGUNTINUS, typos æreos excogitando, Nobiliſſimo huic INVENTO COSTERIANO multum proſuit. Cum vero non multis ab hinc annis, LAURENTII effigies, cum glorioſa Inſcriptione ad hujus inventi commemorationem

in

in faſtigio domus exſtitit, nullum ne minimum eorundem veſtigium in præſens videndum eſt, ſed omnia tempore vel exeſa ſunt vel collapſa; quæ Paterfamilias, eâdem domo (quâ LAURENTIUS olim) Habitans, artemque ab illo inventam exercens, ſe brevi reſtiturum mihi fidem fecit.

Divina hæc TYPOGRAPHIÆ inventio quoniam a MOGUNTIA (Nobili Germaniæ Superioris urbè, fuit arrogata, eique a multis immeritò attributa, cum ſumma LAURENTII ET HARLEMI INJURIA, P. SCHRIVERIUS, vir Doctiſſimus, eam multis perſpicuis teſtimoniis, (etiam ipſorum GERMANORUM) LAURENTIO ET HARLEMENSIBUS vendicavit, libro (cui titulum præfixit, Petr. Schriverii Laure Krans voor Laurence Coſter van Harlem, van de Boeckdruckery) edito anno 1628 (quem ipſe vidi & quadantenus legi) afferens typos & reliqua inſtrumenta typographica ÆDITUI (ut ille, ut alii COSTERI) quod lingua Batavica Coſter ſignificat, a famulo ejus ſuffurata & ad MOGUNTIAM tranſlata fuiſſe, cum magna non rei ſolummodo ſed præcipue nominis ipſius injuria. Quamobrem & Inſcriptionem quæ ad ſummitatem domus

COSTERIANÆ aureis Literis facta, haud multis ante hac annis exſtitit, & elegantiſſima Carmina A. P. SCHRIVERIO hac de re compoſita, hic inſerere non inconcinnum habeo; & poſtea Caſpari Barlei (encomium) urbis Harlemi ex ipſius poematis decerptum, qui inter alia PAR HOC NOBILISSIMUM, INVENTORUM HARLEMENSIUM (CARINÆ SERRATÆ ET TYPOGRAPHIÆ) debitis laudibus extollit.

INSCRIPTIO DOMUS COSTERIANÆ.

MEMORIÆ SACRUM.
TYPOGRAPHIA
ARS ARTIUM OMNIUM
CONSERVATRIX,
HIC PRIMUM INVENTA
CIRCA AN. CIↃ. 4c. 40.

VANA QUID ARCHETYPOS ET PRÆLA MOGUNTIA JACTAS?
HARLEMI ARCHETYPOS PRÆLAQUE NATA SCIAS.
EXTULIT HIC, MONSTRANTE DEO, LAURENTIUS ARTEM.
DISSIMULARE VIRUM HUNC, DISSIMULARE DEUM EST.

TY-

TYPOGRAPHIA HARLEMENSIS PALLADIUM, PRÆSIDIUM ET TUTELA MUSARUM ATQUE OMNIS DOCTRINÆ.

AUCTORE P. SCRIVERIO.

Cum pius ardentes Æneas linqueret arces
Laomedontæas dissimulavit opes;
Sacra Laresque Phrygum potius, Vestamque potentem
Abstulit, injecta pignora cara, manu,
Iliacis erepta rogis; queis maxima Roma
Surgeret, Imperii Roma Deumque locus.
Hic ubi servavit, flamma populante, Metellus,
Vulcanumque Sacris jussit abire suis.
Virginibus viso multum trepidantibus igne,
Summa viro Pallas cura, laborque fuit:
Imperii fatale decus, quodque imputet astris:
Quod tibi si pereat, Roma; repente cades.
Hoc salvo, salvi cives, & cætera salva,
Tanti pervigiles est coluisse focos;
Semper & arcanum tanti occultasse pudorem,

Visa dea: at magno visa Metelle tibi.
Palladio nostram vere assimilabimus artem;
Et sane diæ Pallados instar erat.
Inlibata oculis, nullique aspecta virorum,
Cæperat hic tacita relligione coli
Pallas; in abstruso pignus memorabile tecto.
Estque quod appelles, hic, penetrale sacrum;
Non tamen hoc signum Trojæ deduxit ad urbem
Dardanus: Iliacus nec tulit inde pater.
Delapsum cælo (nam tantum numen inipso est)
Credimus, & magna parte latere sui.
Hinc Musis vitæ longævæ cuditur usus.
Phæboque æternus conciliatur honos.
Ædituo sternente viam sic itur ad astra,
Vivitur hoc pacto, cætera mortis erunt:
Hos veri Custodis erat servare Penates,
Adfuit Autolyci sed scelerata manus.
Vidimus Harlemo transferri pignora Vestæ,
Atque Moguntiacis sacra reposta cadis.
Delubrum vacuum nudumque altare reliquit
Perfidus, ablatis omnibus ante bonis.

Palla-

Palladis exſtinctos ſi quis mirabitur ignes
Ignoſcat; lachrymis ſpargitur ara meis.

EJUSDEM

DE

LIBRIS SUPPOSITITIIS

SCAZON.

Ars Harlemæa (non enim Moguntina)
Quæ ſic premendo gnava perficit libros,
(Premæne dicam, an Perficæ nota, incertum)
Ut multa noſtro commoda attulit ſeclo
Et cenſeatur publico bono nata,
Sic & putetur criminum propagatrix;
Produxit aurum diva, ſed trahit fæces;
Ut alia omittam hic: eſt avara nonnunquam,
Doloſa, vafra, nummi amore correpta;
Vulguſque fallit credulum ſuo lucro;
Nunc per vetuſtam proſpicit Feneſtellam,
Muſas, Soranos, fabulaſque Beroſi
Viterbienſis, nocte proſatas Anni.
Mentita Mores nunc Catonis imponit.
Nunc & videri Naſo vult Tomitanus.
Vetulaſque paſcit, Pulice excitans doctos
Sed bile mota: circuliſque tyronum

Poeta Gallus maximas agit nugas.
Partum Nepotis ſomniare Corneli
Devonianæ merx recentior Muſæ,
Illa favente, cæpit ô fidem Phæbi!
Quin ipſa Conſolatio (Itali fætus)
Non Tullianum falſa nomen adſcivit?
Aliuſque ſchema Livii Patavini?
Quid, erudite Lector, hic trahis naſum
Vultumque ducis? quid ſtruis pedem? ſiſte.
Mane parumper, delicate: permittes
Apicianas ſorſan inſtrui menſas,
Stomachique robur & gulæ voluptates,
Vulnuſque linguæ ſi putabis inflictum
Tot barbariſmis atque tot ſolæciſmis;
En hic medelam Lucium Madaurenſem,
Herbaſque Macri pollicetur, ut ſanet.
Et Imperator Ruſticæ Rei gnarus.
Hæc ſanet, inquis, nuvigenda, deceptrix,
Inepta? ſanet querquera ipſamet febris.
An pure in ipſo præſidi latet quicquam?
Opemve credis ferre circulatorem?
Quid ergo? probra litteraria & peſtes,
Ruſque inficetum vapulare mandabis?
Sapis profecto, ſit modus tamen dictis.
Vitare fucum eſt providi: ſed inſulſi,
Et Barbari, artem lancinare divinam.
Fers in Senatu, ferſque pro Tribunali,
Alibique, mimos hiſtrioniæ addictos.

Erro-

Erroneamne protinus manum damnes
Nec litteratæ huic hiſtrioniæ ignoſces?

HARLEMUM.

Victa Pharos, fractique obices, & vincula Nili,
Et Peluſiaco littore fixa ratis,
Serratique mihi recitant encomia dentes,
Et procul externo ſidere ſurgit honos.
Invidet excuſas populoſa Moguntia Muſas,
Quodque meum eſt, laudis jactitat eſſe ſuæ.
In me alium ſolers Batavus miratur Apellem,
Pictaque Parrhaſia ſubdola vela manu.
Inventis arguta meis accedit Arachne,
Dædaleoque ſuum pollice texit opus.
Arma Toletani ſenſi crudelia Martis,
Incubuitque meis civibus atra fames.
Nec ſatis eſt pugnaſſe viros, his maſcula portis
Pro patria mulier ſtat cataphracta ſua.
At fruſtra me Delpha juvas, ſum præda Philippo,

Bar-

Barbaricus victa miles in urbe furit.
Hæc didici, voluique pati, nunc adſpicis hoſpes
Tempora fortunæ proſperiora meæ.
Hic mihi vicina Nereus admurmurat unda,
Et propius colles tollit arena ſuos.
Illic umbroſis ſe condit Delia lucis,
Explicat & lætas arbor opaca comas.
Diviſam me Spara ſecat, quà laxior undis
Fit lacus & vaſtis luxuriatur aqnis.
Arridet natura foris, ſed doctior in me
Æmula naturæ crebra reperta manus.

AMSTELODAMI.

HONORI ET ÆTERNITATI,

JACOBO AB HEEMSKERK,

AMSTELREDAMENSI,

VIRO FORTISSIMO, ET OPTIME, DE PATRIA MERITO.

Qui

POST VARIAS IN NOTAS IGNOTASQUE ORAS NAVIGATIONES, IN NOVAM SEMBLAM SUB POLO ARCTICO DUAS, IN INDIAM ORIENTALEM

TALEM VERSUS ANTARCTICUM TOTIDEM, INDEQUE OPIMIS SPOLIIS ANNO CIↃ. IↃC. IIII. REVERSUS VICTOR.

TANDEM.

EXPEDITIONI MARITIMÆ ADVERSUS HISPANOS PRÆFECTUS, EORUNDEM VALIDAM CLASSEM HERCULEO AUSU AGGRESSUS IN FRETO HERCULEO, SUB IPSA ARCE ET URBE GIBRALTAR VII. KAL. MAII ANNO CIↃ. IↃC. VII. FUDIT AC PROFLIGAVIT.

IPSE IBIDEM.

PRO PATRIA STRENUE DIMICANS, GLORIOSE OCCUBUIT; ANIMA CÆLO GAUDET, CORPUS HOC LOCO JACET. HAVE LECTOR. FAMAMQUE VIRI AMA ET VIRTUTEM.

CUJUS ERGO

AB

ILLUSTRISS. ET POTENTISS. FÆDERAT. PROVINC. BELGIC. ORDINIBUS. P. P.

H. M. P.

VIXIT ANN. XL. MENS. I. DIES XII.

Ibid.

HEEMSKERK DIE DWARS DOOR 'T YS EN 'T YZER DORSTE STREEVEN,
LIET D'EER AEN 'T LANT, HIER 'T LYF, VOOR GIBRALTER HET LEVEN.

Latine Sic.

ET GLADIUM ET GLACIEM SUPERANS, PATRIÆ DECUS, HEEMSKERCK,
HIC CINERES, VITAM PROPE CALPEN, LAUDE RELIQUIT.

Amstelodami.
Templo Vet.

VIRTUTI AC FAMÆ
FORTISSIMI DUCIS.
CORNELII JOHANNIS,
AMSTELREDAMENSIS,
COGNOMENTO
GALLI.
MOMUMENTUM HOC POSUERUNT
DIRECTORES ET VINDICES
OCEANI SEPTENTRIONALIS.

ADSPICE SPECTATOR NOSTRÆ MIRACULA GENTIS,
GESTAQUE VICTRICI BELLA STUPENDA MANU.
HIC JACET EOUM QUI DUXIT VELA PER ORBEM,
ATQUE ARABUM HESPERIO SANGUINE TINXIT AQUAS.
QUEM MODO PRÆDATRIX FOTUIT DUYNKERKA TIMERE,
CUM MORINUM CAPTÆ SUCCUBUERE RATES,
UNA TRIUMPHATUM TOTIES SE TORSIT IN HOSTEM
TUTPIS, ET ADVERSOS EXUIT UNA DUCES.

UT

UT VINCATUR IBER, BATAVO NON CLASSIBUS ULTRA
EST OPUS, UNA RATIS, DUX SATIS UNUS ERIT,
QUI DUM SE PATRIÆ MEDIIS BELLATOR IN UNDIS
DEVOVET, ILLUSTRI FUNERE VICTOR OBIIT.
JAM DECIOS JACTARE MIHI CESSATE QUIRITES,
HÆC ETIAM DECII MARMORA CORPUS HABENT.

HIER RUST DE HELDT DIE VAN SYNS VYANDTS SCHEPEN
IN ZEVENMAEL, QUAM ZEVEN VLAGGEN SLEPEN;
EN GAF VOOR 'T LAETST OP TWEE ZOO DAPPER VONCK,
DAT D'EENE VLOODT EN D'ANDER BY HEM ZONCK,

Latine Sic.

HAC REQUIESCIT HUMO PALMÆ SEPTEMPLICIIS HEROS,
QUI SEPTEM DOMITO VEXILLA ABDUXIT AB HOSTE,
INQUE DUAS TANDEM NAVES SIC FULMINAT UNUS,
DUM PETIT UNA FUGAS, PERIT ALTERA MERSA SUB UNDIS.

Amstelodami.

Templo Vet.

Ibid.

HIC SITUS EST

ISAACUS SWERIUS.

QUI EAM, QUAM NASCENDI SORTE, ET SOLICITA EDUCATIONE, A PARENTIBUS PRÆCLARAM ACCEPERAT INDOLEM.

DEO

DEO ET PATRIÆ DEVOVIT.

PRIMUM TERRESTRIS ET MARITIMÆ MILITIÆ TYROCINIUN IN INDIA ORIENTALI DEPOSUIT. IN PATRIAM REDUX, CUM SEDERET ANIMO, REGIA VIA AD HONORES GRASSARI: TERRA SE CONTINERE NON POTUIT: MARE INGRESSUS, OMNES MILITIÆ ORDINES, INFIMOS ET MEDIOS ELUCTARI IN JUVENTUTE NECESSE HABUIT.

PIRATAS MAHUMEDANOS SÆPIUS PROFLIGAVIT TUTUMQUE BATAVIS MARE MEDITERRANEUM ESSE JUSSIT. EDIDIT TANTA VIRTUTIS FORTITUDINIS ET PRUDENTIÆ SPECIMINA, UT OMNIA SUMMA OMNIUM JUDICIO MERITUS

PROXIMUM A PRIMO INTER THALASSIARCHAS LOCUM A REI MARITIMÆ PRÆFECTIS ADEPTUS FUIT, QUO HONORE CUM FUNGERETUR IN NUPERO ILLO TERTIO ET ULTIMO CONTRA GALLIÆ BRITANNIÆQUE REGUM INSTRUCTISSIMAS CLASSES PRÆLIO, FORTITER ET GENEROSE PUGNANDO, CUM GLANDE TRAJECTUS XI. KALEND. SEPTEMBR. ANNO CHRISTI CIↃ. IↃC. LXXIII.

GLORIOSE OCCUBUIT.

PATRIÆ VICTORIAM, CIVIBUS SUI DESIDERIUM, EXEMPLAR POSTERIS IMITANDUM, RELIQUIT.

MAGNANIMO HEROI.

HOC

HOC QUOD DE REPUBLICA BENE MERUIT MONUMENTUM, POSUIT SENATUS MARITIMUS FOEDERATARUM PROVINCIARUM QUI EST AMSTELODAMI.
Anno 1674.

Amstelodami Templ. Vet.

TER
ONSTERFELYKER
GEDACHTENISSE
Van den
Ed. EN MANHAFTEN ZEEHELD
ABRAHAM van der HULST.
VICE ADMIRAEL van HOLLANT
En WESTVRIESLANT.

GEBOOREN tot AMSTERDAM.
Den XI. April. CIↃ. IↃC. XIX.

HIER RUST HY, DIE NIET RUSTEN KON
EER HY SYN VYANT OVERWON:
OM HOOGH, LEEFT HY IN VREUGHDEN,
IN MARMOR, DOOR SYN DEUGHDEN.
ANNO 1666.

Latine Sic.

IMMORTALI MEMORIÆ
NOBILIS ET STRENUI
HEROIS MARITIMI,
ABRAHAMI VANDER HULST.

VICES THALASSIARCHÆ HOLLANDIÆ
ET WESTVRISIÆ OBTINENTIS,
NATI AMSTELODAMI,

XI. Aprilis. Anno ↄIↃ. IↃC. XIX.

HIC RECUBAT, STRATO QUEM VIX RECUBARE
JUVABAT,
SI NON ET STRATO VICTOR AB HOSTE FUIT.
VIVIT ET IN SUPERIS LÆTOS AGIT ILLE TRIUMPHOS
CUI PER VIRTUTEM MARMORE VITA DATUR.
ANNO 1666.

Amstelodami.

Templo Vet.

GEDACHTENIS

DOOR HAER ED. MOG. DE HEEREN
TER ADMIRALITEYT DOEN OP-
RECHTEN TER EEREN VAN
DEN SCHOUT BY NACHT:

WILLEM VAN DER ZAAN.

ONTRENT DE KAAP TRESFORKAS UYT
EEN

EEN ALGIERS ROOFSCHIP, MET EEN PONTS KOEGEL GESCHOOTEN EN ONTSLAPEN DEN 17 MAERT 1669.

DUS LEEFT MEN NA DE DOOT.

DIT IS DOOR 'T LANDT, TOT EER VAN VAN DER ZAAN BESTELT,
OM DAT EEN ROOVERS SCHOOT ONTZIELDE DEZEN HELT,
VIJF GOUDE KETENEN, HAD HY, VOOR HEEN GENOOTEN:
RUST HIER VAN EER TOT HAER, DIE UYT HEM SYN GESPROOTEN.

Latine Sic.

MONUMENTUM
A DECRETO NOB. ET POT. DOM.
SENATUS ARCHITHALASSII
ERECTUM
IN HONOREM
WILHELMI VANDER ZAAN.

TERTIUM INTER ARCHITHALASSIOS LOCUM OBTINENTIS, QUI CIRCA PROMONTORIUM TRESFORCAS DICTUM

GLOBO ASSIPONDII ICTUS
E NAVI PYRATICA ALGERENSI, OBDORMIVIT 17 MART 1669.
SIC VIVITUR POST FUNERA.

PONITUR A PATRIA ZANO PRÆNOBILE BUSTUM
PIRATÆ QUONIAM GLANDE PEREMPTUS ERAT.
QUEM CINXIT QUINIS VICTORIA TORQUIBUS AURI:
AH! CUBAT, AT SERÆ POSTERITATIS HONOS.

Amstelodami.
Templo Vet.

FORTUNÆ ET MARTIS SOBOLES
EQUITUMQUE MAGISTER
WIRTZIUS,
INVICTUS REGIBUS,
HIC SITUS EST.

MAJOR AB OCCASU. | Hic in ære solido cælatus est Sol. Occid. | POSTQUAM PRÆLUXIT UBIQUE.

Amstelodami.
Temp. Vet.

IN

IN EODEM TEMPLO INSCRIPTIONES QUÆDAM ADMODUM MEMORABILES LEGENDÆ SUNT quas hic tranſcripſi & Latine reddidi.

PRIMA INSCRIPTIO, DE TEMPORE REFORMATIONIS QUANDO RELIGIO A PAPISMO REPURGATA PUIT,

Imagines, Altaria, Cruces, multæque aliæ res Precioſiſſimæ, ad cultum Romanum inſervientes, ablatæ ſunt & abolitæ; quod hoc diſticho ſubſcripto ſignificatur.

'T MISBRUYK IN GODES KERK, ALLENGSKENS INGEBRACHT.
IS HIER WEER AFGEDAAN, 'T JAAR ZEVENTIG EN ACHT.

Latine Sic.

IN CÆTUM DOMINI SENSIM CORRUPTIO LAPSA
EXPURGATA FUIT POST ANNOS MILLE PERACTOS
QUINGENTOS CHRISTI UNDECIES SEPTEMQUE COADDES.

Inſcriptio hæc ſupra clathros æneos qui Chorum altum a medio templo ſeparant. ſcripta eſt.

INSCRIPT. 2Da. IN POSTERIORI PARTE CHORI ALTI

Hæc CARMINA AUREIS LITERIS SCRIPTA SUNT.

'T HEYLOOS GEBROET GEZINT DE
WAERHEYT UYT TE ROYEN,
HAD MET DE SPAANZE VLOOT EEN
GROOT HEYR OPGEBRACHT;
MAAR GODT DIT HEYR VERLIET EN
DOET DE VLOOT VERSTROYEN
DOOR VUUR RONTOM TEN TOON SLAAT
DIE TE GROND MET KRACHT:
LOOFT HEM DIE ZYN ZAAK RECHT IN
'T JAAR TACHTIG EN ACHT.

Latine Sic.

PROGENIES NEQUAM JURANS
EXSTINGUURE SANCTI
LUMEN EVANGELY VIRES FERT
CLASSIS IBERA
INGENTES, INVINCIBILEM DI-
XEREQUE CLASSEM.
DESFRUIT CLASSEM DOMINUS,
SPARSITQUE PER UNDAS,
ET FLAMMIS CIRCUMVENIENS
PESSUMDEDIT IGNE;
VINDICAT ILLE SUAM CAUSAM,
LAUDATE JEHOVAM.

} Anno Milleſimo Quingenteſimo Octogeſimo Octavo.

INSCRIPTIO TERTIA EST DE FÆDERE PACIFICO INTER BELGAS ET HISPANOS RATIFICATO POST BELLUM OCTOGINTA ANNORUM FORTISSIME A BELGIS GESTUM PRO LIBERTATE ET RELIGIONE, QUIBUS ASSERTIS ET RESTITUTIS, REX HISPANIARUM COACTUS FUIT PACEM A BELGIS PETERE, ET TITULUM AC JUS SUUM AD SEPTEM FÆDERATAS PROVINCIAS EX TOTO RESIGNARE:

Quod in fœneſtra Hujus Templi ex parte quæ Meridiei & Orienti interjacet poſt. chorum, Depingitur, ubi PHILIPPUS IV HISPANIARUM REX, FÆDUS ILLUD INTER IPSUM ET BELGAS SANCITUM SIGNATUM ET SIGILLATUM IN MANUS EORUM TRADIT; Hiſtoriæ hoc tetraſticion ſubſcribitur.

PHILIPPUS TEKENT MET SYN HANDEN
HET VREE VERBONT MET ZEVEN LANDEN
EN STAAT SYN RECHT EN TYTEL AF
DIT TUYGHT HET ZEGEL DAT HY GAF.

Latine Sic.

PACIFICUM SANXIT FÆDUS MANIBUSQUE PHILIPPUS
SIGNAVIT, SIC ET BELGICA TERRA SIMUL.
ILLE RESIGNAVIT TITULUM CUM JURE REGENTIS,
ECCE SIGILLAVIT FÆDUS ET INDE SUUM.

GENEROSISSIMO HEROI

JOHANNI à GALEN,

ESSENSI,

QUI OB RES SÆPE FORTITER ET FÆLICITER GESTAS, SEXIES UNO ANNO DUNKERKANORUM PRÆDATORIAM NAVEM CAPTAM, ET A BARBARIS OPIMA SPOLIA REPORTATA, ORDINUM CLASSI IN MARI MEDITERRANEO PRÆFECTUS, MEMORABILI PRÆLIO AD LIVORNAM, DEO AUXILIANTE, ANGLORUM NAVIBUS CAPTIS, FUGATIS, INCENDIO ET SUBMERSIONE DELETIS, COMMERCIUM CUM

DICTI

DICTI MARIS ACCOLIS RESTITVIT IDIBUS MARTII Ao. cIↃ. IↃc LIII. ET ALTERO PEDE TRUNCATUS, NONO DIE POST VICTORIAM, ANNOS NATUS XLVIII. OBIIT, UT IN SÆCULA PER GLORIAM VIVERET, ILLUSTRISS. ET PRÆPOT. FÆDERAT. BELGII ORDINUM DECRETO NOB. ET POT. SENATUS ARCHITHALASS.

QUI EST AMSTELODAMI.

M. H. P.

HIER LEIDT IN'T GRAP VAN EER DE DAPPERE VAN GALEN,
DIE EERST GING BUIT OP BUIT CASTILIEN AF HALEN;
EN, MET EEN LEEUWEN HERT, NA, BY 'T TOSKANER STRANT,
DE BRITTEN HEEFT VERJAEGHT, VEROVERT EN VERBRANT.

Latine Sic.

EN! TUMULUM CERNIS FULGENTIS HONORE GALENI,
MAGNANIMI SPECIMEN PRIMUM QUI MARTIS IBEROS
DESPOLIANDO DEDIT, POSTHINC, SPECTANTE LIVORNA
ANGLORUM NAVES CEPIT COMBUSSIT ABEGIT.

Amstelodami.
Temp. Novo.

D. O. M. S.

ÆTERNÆ. MEMORIÆ. MICHAELIS. DE RUITER. ARHCITHALASSI. HOLLANDIÆ. ET WESTFRISIÆ. A. TRIBUS. EUROPÆ. REGIBUS DONATI. GENTILITIIS. INSIGNIBUS. EQUESTRI DIGNITATE. ET. DUCATU. REGNI. NEAPOLITANI. VIRI. QUI. NULLA. SIBI. PRÆLUCENTE. MAJORUM IMAGINE. SOLI. DEO. ET. VIRTUTI. OMNIA. DEBUIT. EXPERIENTIA. LVIII. ANNORUM REI NAVALIS. SUÆ. ÆTATIS. PERITISSIMUS REBUS MAXIMIS. TOTO. OCEANO. ET. MEDITERRANEO MARI. PER. VII. BELLA. BENE. GESTIS. INSULIS CASTELLISQUE. AD. BOREAM. ET MERIDIEM. OCCUPATIS. ASSERTA. BELGIS. VASTA. AD MARE. ATLANTICUM. ORA. DOMITIS. PIRATIS. DUCTU. SUO. JUSTIS. QUINDECIM PRÆLIIS. INVICTUS. DECERTAVIT. QUATRIDUANA. PRÆ. RELIQUIS. MEMORABILI. PUGNA EDITA. SOCIATARUM. CLASSIUM. VIM. IMMANEM. QUATER. AB. IPSO. REIPUBLICÆ. JUGULO PROSPERRIME. SUBMOVIT. COPIIS MINOR. VIRTUTE. PAR. CONSILIO. ET. SUCCESSIBUS. MAJOR. TANDEM. PATRIA. PRÆSENTISSIMO. DISCRIMINE. EREPTA. SECUNDO. APUD SICILIAM CONFLICTU. SAUCIUS. SYRACUSANO. IN PORTU. FORTITER. OCCUBIT. XXIX. APRIL. Aº. CIↃ ↃↃCLXXVI. NATUS. VLISSINGÆ. XXIV. MART.

Aº. CIↃ

A°. CIↃ IↃ CVII. ORDINES. FOEDERATÆ. BELGIÆ. DUCI. OPTIMÆ. MERITO. MONUMENTUM. HOC. IMPENSIS. PUBLICIS. EXCITARI. CURAVERUNT.

VIXIT. ANNOS. LXIX. MENS. I. DIES. V.

IMMENSI. TREMOR. OCEANI.

HOC DODECASTICON
AD CAPUT DISPOSITUM EST.

MICHAELI RUITERO.

RUITERI HOC CINEREM VICTORIS ET OSSA SEPULCHRO
ADSERTA ÆQUOREO MARTE RECONDIT HUMUS.
TANTILLUM EXUVIAS SPATII COMPLECTITUR OMNES
FUNERE DE TANTI QUAS TULIT URNA VIRI.
NIL TAMEN EGISTI MORS IMPORTUNA, TRIUMPHUM
DE TE PERPETUUM FAMA SUPERSTES AGET:
IN TITULOS EUROPA PARUM EST; SCIT AMERICUS ORBIS,
AFRICA LAURIGERI SCIT DECUS ORA DUCIS.
VIX CAPIT OCEANUS, VIX SOL ORIENSQUE CADENSQUE,
TOT PALMIS GRAVIDAM, TOT SPOLIISQUE MANUM.
MAXIMA QUOD SI QUEM VIRTUS SACRAVIT OLYMPO,
HANC ANIMAM ÆTHEREA FAS JUBET ARCE FRUI.

Hoc

HOC AD PEDES MICHAELI RUITERO.

MARTIUS HIC TUMIDI MODERATOR ET INCOLA PONTI,
QUI SIBI SE TOTUM DEBUIT, ECCE JACET.
IPSE LAPIS, CINIS IPSE VIRI, SPIRARE VIDENTUR,
INCLYTA PRO PATRIIS, QUÆ TULIT ARMA FOCIS.
HOSTI INTENTAT ADHUC MARMOR CLADEMQUE FUGAMQUE.
SAXA CRUENTATAS STRAGE MINANTUR AQUAS.
NAUFRAGUS HUNC SENSIT SCOPULUM, QUICUNQUE BATAVAS,
ÆQUORA TURBANTI CLASSE PREMEBAT OPES.
HIC HOSTES UBICUNQUE JACENT, COMMUNE SEPULCHRUM
CUM DUCE SORTIRI, PATRIA, CREDE TUOS.
SI TAMEN EST TUMULUS, MORIBUNDIS, VITA SALUSQUE,
CIVIBUS, ET DEXTRÆ LAUS REDIT UNDE SUÆ.

INTAMINATIS
FULGET HONORIBUS.

Amstelodami

Temp. Novo.

EPI-

EPITAPHIUM SUMMI POETÆ VONDELII,

VIRGILII BATAVICI DICTI IN TEMPLO NOVO SEPULTI AMSTELODAMI.

Hoc carmine continetur.

VIR PHÆBO ET MUSIS GRATUS VONDELIUS HIC EST.

D. O. M. S.

ÆTERNÆ MEMORIÆ GULIELMI DE BEVEREN CORNEL. F. STREVELSHOUSKII TOPARCHÆ, CONSILIARII ET QUÆSTORIS GENERALIS AUSTRALIS HOLLANDIÆ, CONSULIS DORDRECHTANI, BIS IN SENATUM CONFÆDERATI BELGII, TOTIES IN SENATUM ORDINUM HOLLANDIÆ, SÆPIUS AD SOCIAS NATIONES ET POSTREMO INTER CONFÆDERATOS BELGII PROCERES DELEGATI; VIRI, CUM NATALIUM SPLENDORE, TUM VIRTUTUM FAMA ET EXIMIIS IN REMPUB. MERITIS PRÆCLARI, NATI PRIDIE NONAS DECEMBRIS cIↃ. IↃ. LVI. DENATI XV. KAL. SEXTILIS cIↃ. IↃc. xxxi.

CON-

CONDITUR HOC TUMULO PROBITAS, PRUDENTIA, BUSTO,
ET CINERI, PIETAS INGEMIT IPSA SUO.
QUÆ TOTIES PATRIÆ JUVIT FACUNDIA CAUSAM,
HIC SILET ET BEVERI PLUS VOLET ORE LOQUI.
STANT URNÆ JUXTA PROAVUM, SED MARMORE IN ISTO
HÆREDEM PRISCÆ NOBILITATIS HABES.
QUEM SI STEMMA NEGET, POTERAT VIRTUTE MERERI,
NON SOLUM TIVULOS INVENIT ILLA. FACIT
NUNC QUÆSTURA VIRO, NUNC, DIVES TRADITUR AUSTER,
NUMC FASCES OFFERT URBS VENERANDA SUOS.
LUSTRA DECEM ATTONITO DICTAT CONSULTA SENATU,
VITAQUE BATTAVIÆ, NON FUIT ACTA SIBI.
LEGATIS RESPONSA REFERT, PER CASTRA PER ENSES
AURIACO VADIT BELLIGERANTE COMES.
JAM PIA CIVILES PLACIDE MENS TEMPERAT ÆSTUS,
PUBLICA MOX MONITIS MOLLIBUS ÆRA JUVAT.
JAM PETIT A SOCHS MARTI STIPENDIA TERRIS,
NASSOVIOQUE PARAT ROBUR ET ARMA DUCI.
TEMPORA SIC BELLI, SIC FLEXIT TEMPORA PACIS
ET MODO PLUS LAURI, PLUS PLACUERE TOGÆ.
IPSE FATISCENTES BATAVUS CUM CERNERET ANNOS,
FLEVIT, ET HÆC TUMULO POSTHUMA VERBA DEDIT.
QUAM LEVE COLLAPSIS PATRIÆ DECEDERE REBUS?
HIC, VOLUIT PATRIA NON NISI STANTE MORI.

SITA

SITA QUOQUE HIC EST EMERENTIA VAN EYNDE C. R. F. CONJUX GULIELMI BEVEREN MATRONA GENERE ET VIRTUTE SPECTABILIS; QUÆ DEFUNCTA ANNO PROXIME SEQUENTI CIↃ. IↃC. XXXII. XV. KAL. SEPT. CUI XLIX. ANNOS ANTEA VITÆ FUERAT, MORTIS JACET SOCIA.

Dordraci Templo Auguſt.

D. O. M.

ET ÆTERNÆ MEMORIÆ SACRUM.

GENEROSISSIMI JUVENIS CAROLI DE BEVEREN GORN. EQUIT. FIL. PRÆFECTI MILITUM IN NAVI PRÆTORIA ARCHITHALASSI TROMPII, QUI SAGACITATE INGENII, CORPORIS ROBORE; MAGNANIMITATE ET FORTITUDINE, FACILE OMNES SUÆ ÆTATIS SUPERANS,

POSTQUAM DUOBUS POSTERIORIBUS PRÆLIIS MARITIMIS CONTRA ANGLOS.

PLUSQUAM VIRUM SE PRÆSTITISSET,

Tandem cum BANKERTIO PRÆFECTO NAVIS AGGREDIENDO PRÆTORIAM ANGLORUM

GLORUM NAVEM, POSTEAQUE INVADENDO PROPRÆTORIAM, glande plumbea PARI SORTE ACDIE CUM HEROE TROMPIO percussus, & sic x. Augusti cIↃ. IↃc. LIII.

SINISTRO HUMERO LETHALITER VULNERATUS DEXTRA TAMEN

AD EXTREMUM USQUE FORTITER PRO PATRIA PUGNARE NON DESIIT,

Donec navi submergente ab Anglis captus postridie ex vulnere occumbens.

PATRIÆ VITAM, D. O. M. ANIMAM, HEROICE CONSECRAVIT, CUM NONDUM ATTIGISSET XIIX. SUÆ ÆTATIS ANNUM.

Corpore vero in Oceanum projecto. Animo hic cubat, & resurrectionem una cum Majoribus expectat,

RARUM VIRTUTIS ET FORTITUDINIS IN TAM JUVENILI ÆTATE EXEMPLUM,

Cujus ergo, Pater Mæstus filio Juniori

NATO IX. MARTII cIↃ. IↃc. XXXVI. ET DENATO XI. AUGUSTI cIↃ. IↃc. LIII.

Hoc monumentum Pos.

Templo Magno Dordraci.

HIC SITUS EST.

VIR GENERE NOBILIS
SED ANIMO VIRTUTEQUE NOBILIOR,
JOHANNES BERCKIUS J. C.
IN URBE HAC NATALI ANN. XXXIIII.
PRIMUS A CONCILIIS SYNDICUS, ET A
SECRETIS;
DUMQUE MUNIA HÆC OBIIT.

PRÆPOTENTIUM FÆDERATÆ BELGIÆ ORDINUM, TER AD REGES LEGATUS;

BIS AD SERENISSIMUM MAGNÆ BRITANNIÆ REGEM JACOBUM, A QUO VIRTUTIS ERGO EQUES AURATUS CREATUS EST; ATQUE ITERUM LEGATUS AD CHRISTIERNUM IV. DANIÆ REGEM,

POSTEA AUTEM SUPREMÆ IN HOLLANDIÆ CURIÆ SENATOR

DESIGNATUS, ET AD SERENISSIMAM VENETORUM REMPUB. LEGATUS, PROPE PER QUINQUENNIUM; UNDE PATRIÆ (SUORUM AMORE) DIU DESIDERATA SÆPIUSQUE POSTULATA REDEUNDI ACCEPTA E POTE-

POTESTATE, VIII, AUGUST. M. DC. XXVII. REDUX, JUCUNDA LIBERORUM AMICORUMQUE GRATULATIONE,

SUMMOQUE CIVIUM APPLAUSU EXCEPTUS (HEV BREVE GAUDIUM) DIE XVIII. EJUSDEM MENSIS INGENTI SUORUM AC CIVIUM MÆRORE TERRAS RELIQUIT.

ANNOS NATUS LXII. MENSES. III. DIES XV.

Templo Auguſt. Dordraci.

MEMORIÆ

NOBILISS. AC FORTISSIMI JUVENIS, CORNELII DE BEVEREN,

Optionis Manipuli Cohortis Uytenhovianæ, Fil.

JOHANNIS DE BEVEREN GALLO FLANDRICÆ COHORTIS DUM VIVERET TRIBUNI; ET GERTRUDIS SACRI MONTIS PRÆFECTI NEPOTIS; AVI, PROAVI, ABAVI, ATAVI, PER ORDINEM SUCESSIONIS CIVITATIS DORDRACENÆ CONSULUM;

Quem poſtquam CIↃ. IↃC. LXXII. & LXXIII. CREBRAS GALLORUM IMPRESSIONES IN MUNIMENTA VULGO GOUDSCHE, EN NIEUWERSLUYS ſigni-

ſignifer inter primos repreſſiſſet, & decimo tertio Kal. Auguſt. cIↃ. IↃc. LXXIV. in oppugnatione propugnaculi D. Petri in Inſula Martinico,

EGREGIA HEROICÆ VIRTUTIS SPECIMINA EDIDISSET, TANDEM IN OBSIDIONE URBIS GRAVIÆ, EX SEPIMENTIS MILITARIBUS, UNDE HOSTEM STRENUE INFESTAVERAT MILITES SUOS EDUCENTEM, TORMENTI GRAVIORIS ICTUS ABSTULIT,

Et malginius aliquod fatum velut in herba oppreſſit. Vigeſimo ætatis ſuæ Anno XV. Kal. Novembris cIↃ. IↃc. LXXIV.

Obiit den XXII. October. cIↃ. IↃc. LXIIII.

Temp. Auguſt. Dordraci.

HIER RUST DEN EDELEN HEER

JACOBUS DE WITT,

HEEREN CORNELIS GEBOOREN DEN 7 FEBRUARIUS 1589. (IN SYN LEVEN) DRIE MAEL BURGERMEESTER, VYF MAEL SCHEPEN, VEERTIGH KERKMEESTER, SCHUTMEESTER EN COLONEL IN DORDRECHT, ORDINARIS GECOMMITTEERT TER VERGADERINGE VAN DE STATEN VAN HOLLANT ENDE WESTVRIESLANDT, IN DE STATEN GENERAEL, TWEE MAEL IN DE GECOMMITTEERDE RADEN

VAN HOLLANDT, EN IN DE REKENKAMER VAN HOLLANDT, IS ALS EXTRAORDINARIS AMBASSADEUR AEN DE CROONEN VAN POLEN, SWEDEN, EN DENEMARCKEN GEWEEST; WERDT 1657. RAEDT, EN MEESTER VAN DE REKENINGEN DER DOMEINEN VAN DE STATEN VAN HOLLANDT &c. EN STERFT DEN 10. JANUARIUS 1674. ALS MEDE DE VROUW ANNA VAN DER CORPUT, HEEREN JOANNES DOCHTER GEBOREN DEN 24. APRIL 1599. DIE T'SAMEN IN ECHTEN VERGADERT WAREN DEN 9. OCTOBER 1616. SY STERFT DEN 23 JANUARIUS 1645.

Latine Sic.

HIC QUIESCIT NOBILIS DOMINUS

JACOBUS DE WITT,

DOMINI CORNELII FIL. NATUS 7 FEBRUARII 1589. (IN SUA VITA) TER CONSUL, QUINQUIES SCABINUS, QUADRAGINTA ÆDILIS, PRÆFECTUS TORMENTORUM BELLICORUM ET TRIBUNUS DORDRACI, ORDINARIUS DEPUTATUS IN CONCESSUM ORDINUM HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ IN ORDINIBUS GENERALIBUS, BIS IN SENATU DEPUTATO HOLLANDIÆ, ET IN RATIOCINARIO HOLLANDIÆ; FUIT LEGATUS EXTRAORDINARIUS AD SERENISSIM. POLONIÆ, SUECIÆ ET DANIÆ REGES. FACTUS EST 1657. SENATOR ET DOMINUS RATIONUM PATRIMONII REIPUBLICÆ HOLLANDIÆ ETC. ET MORTUUS EST 10 JANUARII 1674. UT ET DONINA ANNA VAN DER CORPUT DOMINI JOHANNIS FILIA NATA 24 APRILIS

LIS 1599. QUI CONJUNCTI ERANT IN STATU MATRIMONIALI 9 OCTOBRIS 1616. ILLA MORTUA EST 23 JANUARI 1645.

Templo Magno Dordraci.

OBIIT 3. APRILIS Ao. 1622 ÆTAT. 77.

DNO. CORNELIO WITTIO F. F.

HUJUS REIP. SEPTIES CONS. SÆPIUSQUE ORDINUM; GENRLum. NEC NON HOLLæ. ET WESTFriæ. IN DIVERSIS COLLEGIIS DEPUTATO.

P. M. P.

HIER ZYN BEGRAVEN, DE E. E. HEEREN

CORNELIS FRANS DE WITT,

IN SYN LEVEN BURGERMEESTER, KERCKMEESTER, SCHUTMEESTER, EN COLONEL DESER STEDE; GECOMMITTEERDE RAED VAN DE ED. MOG. HEEREN STATEN VAN HOLLANDT EN WESTVRIESLANDT, DYCKGRAVE VAN MOERKERCKENLT, STERF DEN 3 APRIL Ao. 1632. EN JOFFr. JOHANNA ANDRIES Dr. SYN HUYSVROUW STERFT DEN 24 MEY Ao. 1602.

EN ALIDA DE WIT HUYSVROUW VAN POMPEUS DE ROEURE, STERFT DEN 30 DECEMBER Ao. 1597. DOCHTER FRANCOIS DE WIT, SECRis. VAN DE WEESCms. DESER STEDE STERFT DEN 23 MARTIS Ao. 1641. EN JOFFr. CORNELIA DE WIT, WEDUWE

VAN WYLEN DE HEER AMELIS VAN HOOGHVEEN, IN SYN LEVEN BURGERMEESTER EN TRESORIER DER STADT LEYDEN, EN ONTFANGER VAN DE GEMEENE MIDDELEN TOT LEYDEN, EN RYNLANT STERFT DEN 23, MARTII Ao. 1641.

Latine Sic.

HIC SUNT SEPULTI HONORANDI DOMINUS

CORNELIUS FRANCISCUS DE WIT,

DUM VIVERET CONSUL, ÆDILIS, PRÆFECTUS TORMENTORUM BELLICORUM ET TRIBUNUS HUJUS URBIS, DEPUTATUS SENATOR NOBILISSIMORUM POTENTISSIMORUM DOMINORUM ORDINUM HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ, PRÆFECTUS AGGERUM MOERKERKENST, ET MORTUUS 3 APRILIS 1622. ET MATRONA JOHANNA ANDREÆ FILIA, EJUS UXOR, MORTUA 24 MAY Ao. 1602.

ET ALIDA DE WIT CONJUX POMPEI DE ROEURE MORTUA 20 DECEMBRIS Ao. 1597. FILIA FRANCISCI DE WIT SECRETARII CAMERÆ PUPILLORUM HUJUS URBIS MORTUA 29 MARTII 1615. ET MATRONA CORNELIA DE WIT VIDUA DOMINI AMILIS AB HOGEVEEN P. M. DUM VIVERET CONSULIS ET THESAURARII URBIS LEYDÆ, FT PROCURATORIS BONORUM REIPUBLICÆ LEYDÆ, ET RHENOLANDIÆ, MORTUUS 23 MARTII Ao. 1641.

Templo Magno Dordraci.

Hier

HIER LEYDT EN RUST DE EDELE HEER

THOMAS DE WIT,

HEERE NICOLAES, S.

DIE NAER VOORGAENDE BEDIENING VAN MEEST ALL ANDERE MINDERE EERAMPTEN DESER STEDE, EYNDELYCK IS GEWEEST BORGERMEESTER VAN 'T GERICHTE, EN BEWINTHEBBER VAN DE OOST IND. COMP. TER CAMERE VAN AMSTERDAM, STERFT OP DEN XVII JANUARII DEN JAERE M.DC. XLV. IN HET LI. JAER SYNS OUDERDOMS, ZYNDE SEER CHRISTELYK IN DEN HEER ONTSLAPEN, TOT AENDACHT VAN ALLE DE OMSTAENDERS.

Latine Sic.

HIC JACET NOBILIS. DOMINUS

THOMAS DE WIT,

DOMINI NICOLAI F.

QUI POST PRÆVIAM ADMIMISTRATIONEM, PLERORUMQUE ALIORUM MINORUM MUNERUM TANDEM FACTUS CONSUL JUSTITIÆ, ET DIRECTOR SOCIETATIS INDICÆ ORIENTALIS IN CAMERA AMSTELODAMENSI, MORTUUS 17 JANUARI ANNI 1645. ANNO ÆTATIS SUÆ 51 CHRISTIANISSIME IN DOMINO OBDORMIVIT, AD ATTENTIONEM OMNIUM CIRCUMSTANTIUM.

Ibid.

HIER LEYT BEGRAVEN DEN EDELE GESTRENGEN VROMEN HEER

JONKER ARNHOLT van GROENEVELT,

HEER NEUFVILLE, ARONDE, AVEN, CANTERAINE, IN FOREST, IN SYN TYT AL DE BESTALTER OVERSTE, GOUVERNEUR TOT SWINTAMANDT EN DE STADT SLUYS, EN IN T LESTE XI. JAREN DER STADT NIEMEGEN EN DE OMLEGGENDE VESTINGEN, DIE GODT DOOR SYN GENADEN VAN DESEN WERELT GETOOGEN IN DER EEUWIGHEYT Ao. XVI$^{C.}$ 16. DEN 2 AUGUSTI.

EN DE EDELE DEUGHTRYKE JONCKVROUW JOSINA VAN MILLEBRECHT, WEDUWE VROUW VAN WYLEN HEER ARNHOLT VAN GROENEVELT.

Latinè Sic.

HIC JACET SEPULTUS NOBILIS SEVERUS, PROBUS, DOMINUS

ARNOLT à GROENEVELT,

DOMINUS NEUFVILLÆ, ARONDE, AVEN, CANTERAINE IN FORESTA, IN SUO TEMPORE ALDE BESTALTER PRÆSES, GUBERNATOR IN SWINT, AMANT ET URBE SLUSA; ET POSTREMUM UNDECIM ANNOS URBIS NEOMAGI ET CIRCUMJACENTIUM PORTALITIORUM, QUEM DEUS SUA GRATIA EX HOC MUNDO TRANSTULIT IN ÆTERNITATEM Ao. 1616. DIE 2 AUGUSTI. ET

ET NOBILIS AC VIRTUOSA DOMINA JOSINA A MILLEBRECHT VIDUA DEFUNCTI DOMINI ARNHOLT VAN GROENEVELT.

Templ. Auguſt. Dordraci.

---

cIↃ. IↃc. LXXIX.

HIER RUST

AGNETA SCHELLINGER,

SY WAS HUYSVROUW VAN DE HEER GOOSEWYN HOEFSLEGER UYT DEN OUDT RAED DESER STEEDE; EN SY WAS MOEDER VAN DE HEER COMMANDEUR GERARD HASSELAER, DIE IN 'T JAER 1672 VEERTIGH MAN COMMANDEERDE OP SYN EYGEN BEURS TEGEN DE VYANDEN VAN DESEN STAET, EN IS DOOR EEN KANONS KOEGEL OP 'S LANDTS VLOOT DEN 7 JUNY DER SELVE JAER VOOR 'T VADERLANT GENEREUSELYCK GESTORVEN. GODT WIL HAER BEYDE SALIGH LATEN VERRYSEN. AMEN.

Latine Sic.

cIc. IↃc. LXXIX.

HIC REQUIESCIT

AGNETA SCHELLINGER,

QUÆ UXOR ERAT DOMINI GOSEWYN HOEFSLEGER, EX SENATU VETERI HUJUS URBIS; ET MATER DOMINI PRÆFECTI GERARDI HASSELAER QUI ANNO 1672. QUADRAGINTA MILITES CONSCRIPSIT ET INDUXIT PROPRIIS SUMPTIBUS CONTRA HOSTES HUJUS REIBUBLICÆ, ET ICTUS GLANDE TORMENTI IN CLASSE PATRIÆ 7 JUNY EJUSDEM ANNI PRO PA-

TRIA GENEROSE OCCUBUIT. DEUS ILLIS AMBOBUS CONCEDAT IN ÆTERNAM SALUTEM RESURGERE AMEN. NOVEMBER xx.

Templo Auguſt. Dordraci.

JOHANNES BEVEROVICIUS.

EPITAPHIUM

LEX HIC MEDENDI, SANITATIS REGULA;
SALUS SALUTIS, CIVIUM VITÆ ARTIFEX,
MORTIS FUGATOR SEDULUS, VICTOR SUÆ,
SCRIPTIS SUPERSTES IPSE POST MORTEM SIBI,
DORDRECHTI APOLLO ET ÆSCULAPIUS IACET.
DEFUNCTO LUBENS MÆRENSQUE POSUIT.

DANIEL HEINSIUS.

Templo Magno Dordraci.

MONUMENTUM.

SPLENDIDISS. ET POTENTISS. VIRI D. PETRI DAMASI F. JACOBI, N. HUJUS REIPUB. SÆPE CONSULIS, NATI CIRCA ANNUM M. cccc li. DENATI xxx. MARTII M. D. XXIV. STYLO CURIÆ HOLLANDIÆ CURA POSTERITATIS REPARATUM. ANNO M. DC. XXVI.

Apocalypſ. cap. XIV. X2 I I.

Ieſaia 40. 6. VITA HOMINIS VIGILIA. *Eccleſiaſt.*
MEMORARE NOVISSIMA, ET IN 12. 7.
ÆTERNUM NON PECCABIS.

Temp. Magno Dordraci.

HIC

HIC SEPULTUS EST

D. ABRAHAMUS VANDER MILIUS,

VERBI DIVINI MINISTER.
OBIIT Ao. M. VIc. XXXVII. 27 MARTII,
ÆTATIS SUÆ LXX. IIII.
HIC EXPECTO CARNIS RESURRECTIONEM.

Ibid.

TER EER, EN ONSTERFLYCKER GEDACHTENIS

VAN DEN HEER

CORNELIS VAN TERENSTEIN,

HEEREN ADRIAENS ZOON,

DIE ALHIER RUST ENDE VERWACHT SYN OPSTANDINGE TER SALIGHEYT; IN SYN LEVEN GEWEESEN THESAURIER DESER STEDE DORDRECHT, SOO VAN DE REPARATIE ALS VAN HET GROOT CANTOOR TWAELF JAER; BORGERMEESTER IN DIVERSCHE MAELEN EN JAREN; GECOMMITTEERDE TWEEMAEL IN HET COLLEGIE VAN DE GECOMMITTEERDE RADEN VAN HOLLANT EN WESTVRIESLANDT, TER VERGADERINGE VAN HO. MO. HEEREN STATEN GENERAEL; MITSGADERS IN DE

DE Gr. Mo. HEEREN STATEN VAN HOLLANDT EN WESTVRIESLANT, TOT VERSCHEIDE REISEN, EN REGERENDE BORGERMEESTER GESTORVEN, OP DEN 21 MARTII IN DEN JAEREN M. VI$^{C.}$ XLIII. OUD LXIII. JAEREN,

HY WIENS GETROUWE DEUGHT EEN SNEGEN GEEST VERSELDEN
IN 'T DRAGEN VAN 'S LANTS PACK, DAT OP SYN SCHOUDERS HELDEN,
DIE HOLLANTS EERSTE STADT DICK KOOS TOT BORGER HEER,
ALTYT VOOR VADER HIEL, DIE VOOR ONS IN VEEL TOCHTEN
HEEFT MIDDEN DOOR DE DOODT MET BREIN EN TONGH GEVOCHTEN;
RUST HIER VAN DAGEN VOL, MAER VOLDER NOCH VAN EER.

Latine Sic.

IN HONOREM ET IMMORTALEM MEMORIAM
DOMINI

CORNELII à TERENSTEIN

DOMINI ADRIANI FILII,

QUI HIC QUIESCIT ET EXPECTAT SUAM RESURRECTIONEM IN SALUTEM. IN SUA VITA FUIT THESAURARIUS HUJUS URBIS DORDRACI, TAM REPARATIONIS QUAM MAGNI RATIONARIJ DUODECIM ANNOS, CONSUL DIVERSIS VICIBUS, SEX ANNOS DEPUTATUS, BIS IN COLLEGIO DEPUTATORUM SENATORUM HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ IN CONVENTU CELCISSIMORUM PRÆPOTENTISSIMORUM DOMINORUM ORDINUM GENERALIUM, UT ET INTER PRÆ-

PRÆPOTENTES DOMINOS ORDINUM HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ DIVERSIS VICIBUS, ET IPSO CONSULATUS ANNO DEFUNCTUS, 21 MARTII ANNO 1643. NATUS ANNOS 63.

GUI PRÆSTO CUM CANA FIDES, TUM SPIRITUS ACER,
SEMPER ERAT PATRIÆ PONDERA FERRE SUÆ.
MULTOTIES PRIMA BATAVUM QUI CONSULIN URBE,
PERPETUUS DICTUS QUI PATER URBIS ERAT.
MUNERE QUO FUERAT MAGNA DUM LAUDE POTITUS.
ULTRO PRO PATRIA MULTA PERICLA SUBIT
PER MEDIAM MORTEM CEREBRO PUGNAVIT ET ORE,
HIC ANNIS RECUBAT PLENUS, HONORE MAGIS.

Ibid.

Supra PORTAM Urbis hujus quam MAGNUM CAPUT vocant, hæc Inſcriptio legenda eſt.

PAX CIVIUM ET CONCORDIA TUTISSIME URBEM MUNIUNT.

CUSTOS ESTO MIHI DEUS JEHOVA.

Supra alteram PORTAM MAGNO CAPITI Vicinam hoc Tetraſticon Inſcribitur.

TE VERGEEFS MAECKT DE WACHTER MOET
ALS GODT NIET WACHT IS 't TEGENSPOET
WANT DAER GODT HOUDT ALEEN DE WACHT
IS BOOSHEIT STOUT TOT NIET GEBRACHT.

La-

Latine Sic.

INCASSUM, VIGILES, CIVES ANIMANDO LABORANT
NI VIGILET DOMINUS, MALUS EXITUS OMNIA FRUSTRAT.
INVIGILANTE DEO SOLO, NOCTESQUE DIESIQUE,
AUDAX OMNE NEFAS VANESCENS EXULAT URBE.

IN EXTERIORE PARTE MONETARIÆ OFFICINÆ DURDRECHTI STABILITÆ, INSCRIPTIONES SEQUENTES LEGI POSSUNT.

Superius.

PAX EST TRNAQUILLA LIBERTAS
PACI SEMPER EST CONSULENDUM
NOMEN PACIS DULCE EST.
PACE SUBLATA LEGES ESSE NON POSSUNT.

In Media Parte.

MONETA.
DIVO CARELO V. CÆSARI.
DIT IS DE MUNT DES ROMES KEYSERS EN GRAFFELICKHEITS VAN HOLLANT.

La-

Latine Sic.

HÆC EST OFFICINA IN QUA CUDUNTUR NUMMI CÆSARUM ROMANORUM ET COMITUM HOLLANDIÆ.

Inferius.

PECUNIA EFFECTRIX MULTARUM VOLUPTATUM
PECUNIA MATER BELLI.
OMNIA PECUNIA EFFICI POSSUNT.
PECUNIA VINCERE SPECIOSUM NON EST.

L E Y D Æ.

AD POSTERITATEM

HADRIANO DE SANCTIENOYS DICTO LADEUSE, DOMINO DE MANAGE, HANNONIENSI, VETERI ET ILLUSTRI FAMILIA NATO, VIRO SINGULARI PIETATE, ERUDITIONE ATQUE EXIMIA VIRTUTE ET SPECTATISSIMA FIDE PRÆDITO;

QUI

QUI CUM PRÆFECTURA WYNEDALENSI, SPONTE SE ABDICASSET PACIS AC QUIETIS AMANTISS. PATRIA (INTESTINIS MOTIBUS LABORANTE) DESERTA LUGDUNUM BATAVORUM CUM FAMILIA COMMIGRAVIT, UBI POSTEAQUAM TEMPORIS EXIGUO SPACIO TRANSACTO IN MORBUM INCIDISSET, ACUTISSIMA CONTINUAQUE FEBRE CONTRACTA, VIGESIMO TANDEM DIE, QUARTO KAL. OCTOBRIS, SPE AC FIDUCIA ERGA DEUM INDUBITATISSIMA CONFISUS, AMANTISSIMÆ CONJUGIS SUÆ, SUORUMQUE AC BONORUM VIRORUM DESIDERIO SUBTRACTUS, PIE PLACIDEQUE IN CHRISTO REQUIESCIT. CURA PARENTUM FILIUS POSTREMUM MÆSTUS POSUIT. ID. AUGUSTI CIↃ. IↃ. LXXIX. VIXIT AN. L.

IUDÆYDÆ.

OPT. MEMORIÆ

EVERARDI BRONCHORSTII,

DAVENTRIENSIS

J. C.

QUI IN JUVENTUTE PER CELEBRIORES GERMANIÆ ACADEMIAS MUNERE PRIMUM DISCENDI, MOX ETIAM DOCENDI AC DEINDE DOCTORIS LAUREA INSIGNIS, IN URBE PATRIA, CONSULATU LAUDABILITER PERFUNCTUS, A CURATORIBUS ILLUSTRISS ACCADEMIÆ LUGDUNENSIS IN LOCUM VIRI CLARISSIMI HUGONIS DONELLI I^cti. SUFFECTUS EST,

RARA

RARA ERUDITIONE, INDUSTRIA, DILIGENTIA, AC COMITATE USUS, ORDINARII PROFESSORIS ATQUE ANTECESSORIS JURIS PER ANNOS PLUS MINUS XL. ET SUBINDE MAGNIFICI RECTORIS TITULO;

TANDEM PUBLICIS FUNCTIONIBUS, SCRIPTISQUE, ET SENIO CONFECTUS, AC EMERITUS, LUGDUNI BATAVORUM VIVERE DESIIT ANNO cIↃ. IↃc. xxvii, CVM VIXISSET ANNOS lxxiii.

MONUMENTUM SI NON ÆTERNUM, SALTEM DURABILE

ALITHA A MIDDELBURGO

CONJUX LIBERIQUE, PIETATIS ERGO.

P. C.

Inferius Saxe Sepulchrali.

EVERARDI BRONCHORSTII.
DAVENTRIENSIS JURIS CONSULTI EXIMII,
QUOD MORTALE FUIT
HEIC QUIESCIT.
PRÆCLARA INGENII MONUMENTA IN HOMINUM MANIBUS ET ADMIRATIONE VERSANTUR
OB. Ao. cIↃ. IↃc. xxvii. xxvii.
MAII.

ASTRÆÆ COLUMEN TUUS HIC DAVENTRIA CONSUL,

PROFESSOR TUUS, HIC, LEYDA BATAVA JÁCET,
QUA MORTALIS ERAT BRONCHORSTIUS EXCIDIT ÆVO
NESCIT AT E LIBRIS GLORIA PARTA MORI.

Temp. Petri Leydæ.

HIC SITUS EST VIR CELEBERR.

D. D. JOHANNES HEURNIUS,

IN ACADEMIA LEYDENSI PRIMAR. MEDICINÆ PROFESS. PER ANNOS XX, ET IN EADEM VI. RECTOR MAGNIF. MAGNÆ PRUDENTIÆ, SUMMÆ IN DOCENDO ET SCRIBENDO VENUSTATIS AC CELEBRITATIS:

VITA LAUDABILITER TRANSACTA OBIIT XI. AUG. AN. CIↃ. IↃC. I. VIXIT ANNOS LXIII.

EPITAPHIUM

HEURNIUS HYPPOCRATIS GENIUS HAC CONDITUR URNA,
CUI NON INVENIET TERRA BATAVA PAREM:
FLETE O PÆONIDES, ET CRINES SOLVITE MUSÆ,
OCCIDIT EN VESTRI FAMAQUE SOLQUE CHORI.
VERDOESIUS, M. D. POSUIT.

Templi Petri Leydæ.

REM-

D. O. M.

REMBERTO DODONÆO MACHLIN. D.
MAXIMILIANI II. ET RUDOLPHI II. IMPER.
MEDICO ET CONSILIARIO.
CUJUS IN RE ASTRONOMICA, HERB. MEDIC.
ERUDITIO, SCRIPTIS INCLARUIT,
QUI JAM SENEX IN ACAD. LUGDUNENSI
APUD BATAVOS, PUBLICUS
MEDICINÆ PROFESSOR FÆLICITER OBIIT, AN.
CIↃ. IↃ. LXXXV. ad. VI. Id. MART.
ÆTATIS SUÆ LXVIII.
REMBERTUS DODONÆUS.
FIL. M. P.

Temp. Petri Leydæ.

EPITAPHIUM CHRONOSTICUM:

OCtobrIs ter sena DIes & qUIna refULget,
SenaqVe LeyDensI bIs sonat hora SoLo
OrbIs UbI TItan FranCIsCUs IVnIVs atra
TaCtUs peste ÆthræÆ Regna beata petIt.

Temp. Petri Leydæ.

NICOLAO STOCKIO RECLENCHUSIO,
QUI AMPLISSIMI SENATUS ACCERSITU,
LUGDUNI BATAVORUM
PUBLICI GYMNASII RECTOR PERPETUUS,
ANNIS XXXVII. IN SCHOLARUM, ADMI-
NISTRATIONE LAUDABILITER PERACTIS
PIE PLACIDEQUE VITA FUNCTUS EST
ANNO CIↃ. IↃ. XCIII. VII. KAL OCTOBRIS.
UXOR ADELHEIDA VENBOOT
FIDA TORI ET LABORUM PER AN. XXX. SOCIA
MÆRENS H. M. P.
VIXIT ANNOS LVIII.

TertIVs Vt LIbraM SoL æqVo VIserat orbe
ConCeſſIt fatIs ſtoChIVs CæLoſqVe petIVIt.

Templo Petri Leydæ.

DEO MAX.
ET MEMORIÆ JOH. HOLMANNI SECUNDI,
THEOLOGI ET PROFESSORIS VITA DOC-
TRINAQUE LAUDATI BEKE AB
EDENBUTTELS

UXOR HEU MOLESTA POSUIT.
VIXIT ANNOS LXIII OBIIT
AN. ADSERTÆ SALUTIS
D. LXXXVI. VII.
CAL. JAN.

JOHAN.

IOHAN. HOLMANNI THEOLOGI.

Hoc tumulo Holmanni cineres Libitina
sacravit.
Siste hospes, fuerit, dum, quis & un-
de scias.
Prognato ingenuis Stadena parentibus au-
ras
Lucis, & expensa huic prima elementa
tulit:
Mox Rhodus, & Cimbræ puero plausistis
Athenæ,
Quæ Codana frequens littora plangit
olim.
Hic percepto animi cultu morum indole
vitam,
Ingenium ingenuis Artibus excoluit.
Nec satis hoc: celebrem Misni quoque
Principis aulam
Et Wittembergam noscere cura fuit.
Sæpe his Lotichii pendere canentis ab
ore,
Sæpe tuæ meruit voce Philippe frui.
Sacrorum imprimis Ritus perdiscere,
cordi,
Et studium veræ Relligionis habens.
Majores natu venerari, æqualibus uti
Comiter, a fastu liber, & invidia.

Et mirum, tantis virtutum insignibus auctum
SAXONICI studium promeruisse DUCIS,
Et dignum ante alios habitum, sua pignora curæ
Hujus & arbitrio crederet, & fidei,
Martia quo placidas molliret corda per artes,
Æmula Phillyridæ suada Magisterio.
Si magnis placuisse haud parva est gloria, noster
Cur non hac etiam laude SECUNDUS ovet?
Sed durum pugnare Deo, patriæque vocanti:
Sic laribus tandem redditus ille suis.
Spargere Divini properavit semina Verbi,
Vix dum etiam quinas natus olym piadas.
Erudiundi olios Sophiæ est & principium, & fons,
Hæc paritur non ætate, sed ingenio,
Quæ cura a teneris HOLMANNO inceſſerat annis,
Civibus ut posset utilis esse suis.
Hæc eadem usque per undecimæ Trieteridis orbem. Ad-

Adcanos etiam concomitata ſenem.
Duratura rogo porro tenus, & bene, ſi non
Huc quoque manaſſet nominis aura tui.
Scilicet hinc BATAVO BREMAM mutare LYCÆO.
Et LUGDUNENSEM juſſus adire SAIN.
Hoſpitæ ubi terræ iſta dares, ea ſcilicet una
Deerat adhuc ſpatiis ultima meta tuis.
Haud aliena tamen: certe domo abusque petita
Hic iit in thalamos CAJA ſecunda tuos.
Quæ legeret ſupremo animam morientis ab ore,
Lumina quæ caris conderet articulis.
His priva, ac DOUSÆ laribus confinia tecta:
Carior hoc que etiam nomine LEIDA tibi.
Parva loquor: tanti certe inquam LIPSIUS ille
Qui tibi pro multis millibus unus erat.
Diſcipulorum auris tanti; conſueta frequenti
Cingere ſuggeſtus obſidione tuos
Sollennique ſenem juvenum deducere pompa,

Abdita dum magni fers documenta Dei.
Indicio fuerit Librorum exſtructa ſupellex,
Verſatos manibus quos juvat eſſe tuis.
Hanc Academiæ voluiſti cedere in uſum,
Prodeſſe orbi etiam poſt tua fata ſtudens.
Nec pietas obſcura tua hæc, ſed in acta relata.
Publica, nunc quo ſtat Bibliotheca loco.
Ingenium hic quoque multa tuum monumenta loquuntur.
Signata archetypis illa voluminibus.
Liqueris hæc animi quo robore, quamque ſalutis,
Spe ſolida innixus, prætereunda mihi
Uxorem & quotiens ſolatus dixeris; o quam
Diſſolvi, & tecum me Deus eſſe juvat.
Ut propria hæc etiam fuerit laus: mi ſatis illud
Dicere; non aliter ſit mihi poſſe mori.
Sic tua mors, ſic vita odii expers omnis: & unde
Jure ſibi exemplum noſtra Lycæa petant.
Nunc veram tibi det Requiem Deus, & bona multa
Eveniant Cineri care Secunde tuo.

D. O. M.

D. O. M. S.

ET

MEMORIÆ DO. GERARDI BONTII, VIRI,
CUM OMNIUM DISCIPLINAR. TUM
PRÆCIPUE UTRIUSQUE MEDICINÆ
LAUDIB. ORNATISS. QUI IN FLORENTISS.
BATT. ACADEMIA, PRIMARIUS MEDIC.
PROFESSOR, MAGNA FAMÆ CELEBRITATE, TOTOS XXIV. ANN. PUBL. DOCUIT.
IDEMQUE RECTOR MAGNIFIC. RECTORATU SIMUL CUM VITA DE FUNCTUS EST,
XV. VII.BRIS. AN. CIↃ. IↃ IC.
VIX. AN. LXII. M. VI. D. XI. CON ET LIB. M. P.

D. O. M.

QUID TANTI INVIDIAM QUEROR?
AUT MULTIS MORAR HOSPITEM?
NOMEN NOBILE SI LOQUAR,
PAUCIS OMNIA DIXERO,

BOCKENBERGIUS HIC JACET.
[PETRO
BOCKENBERGIO.
HISTORIOGRAPHO]
HOLLANDIÆ ZELANDIÆQUE &c.
PIÆ CONJUGIS IM MARITUM OFFICIOSUS
DOLOR MONUMENTUM POSUIT.
NATUS, GOUDÆ Ano, CIↃ. Ic. XLVIII.

DENATUS LEYDÆ Ao. CIↃ IↃC XVII JANUAR. DIE XVI.
EGRESSUS ANNUM VITÆ LXVIII.
NE VITA SIT TRAGÆDIA.

Temp. Petri Leydæ.

THOMÆ ERPENIO,

VIRO

IN OMNI GENERE LITERARUM EXIMIO,
ORIENTALIUM LINGUARUM PERITISSIMO,

EARUNDEMQUE IN ALMA BATAVORUM ACADEM.

PROFESSORI LONGE PRESTANTISSIMO,
LIBRISQUE SUIS ET ARABICIS TYPIS CLARO;
VITÆ INTEGRITATE, PIETATE, PROBITATE,
MODESTIA, MORUMQUE SUAVITATE INSIGNI:
AN. CIↃ. IↃ. LXXXIV. III. ID. SEPTEMB.
GORCOMII IN BATAVIS, BONO EGREG. PUBLICI NATO,
EJUSQUE INCOMPARABILI DAMNO, LUGDUNI BATT.
IN FLORE (HEU) ÆTATIS SUÆ IDIB. 9BRIS DENATO, AN. CIↃ. IↃC. XXIV.

JA-

JACOBA BUYESIA, AMPLISS. ET INTEGERRIMI HOLLANDICÆ
CURIÆ SENATORIS, JOHANNIS BUYESII MONACHODAMENSIS
J. C. FILIA, OPT. ET BENE MERENTI CONJUGI. (CUM QUO OCTENNIUM SINE QUERELA VIXIT) TRIUM EX EO LIBERUM PARENS; CONTRA VOTUM MÆSTISSIMA POSUIT.
VALE, VALE DULCISSIME.
SIT TIBI TERRA LEVIS.
HOMO BULLA. RUIT HORA.

In Saxo Sepulchrali.

THOMAS ERPENIUS
HIC
FIDELIUM
RESURRECTIONEM
EXPECTAT *Ibid.*

VERA VIRTUS ET ERUDITIO NOMEN
ÆTERNO NOBILITAT HONORE.
QUICUNQUE ACCEDIS VIRTUTIS ÆSTIMATOR,
LUGE PROSAPIA PRÆSTANTISSIMUM,
GEORGIUM COOPERUM BREMENSEM;
VERUM OMNIGENÆ ERUDITIONIS COMPENDIUM,
PRÆCLARUM JURIS DOCTORANDI EXEMPLAR,
SPEM MAGNAM PATRIÆ SUÆQUE DOMUS,

LUGDUNI IN BATAVIS,

VI. KALENDARUM MARTII ANNO. CIↃ. IↃC. LXXVII.
ANNOS TANTUM NATUM. XXVI.
MORTE OCCUBUISSE.
CÆLO DATUR QUOD DEMITUR ORBI.
D O M.

D. O. M. S.

ET

ÆTERNÆ MEMORIÆ
ANDRÆÆ BACCHÆRI,
POPERINGANI FLANDRI;
QUI CUM ARTIS MEDICÆ
PERITIA, INTER PRIMOS
ÆTATIS SUÆ CENSERETUR,
EAMQUE PRINCIPIB. XXXIII.
COMITIBUS. XIII, RARO
EXEMPLO APPROBASSET,
LUGDUNUMQUE BATAVORUM
(VITÆ AULICÆ, ET HONORUM SATUR,)
SECESSISET, ANNOS LXX.
NATUS, DEO ET NATURÆ IBIDEM CONCESSIT
PRID. KAL.
DECEMB. ANNO cIↃ. IↃc. XVI.

CONJUGI OPTIMO
OPTIMO PATRI
UXOR, LIBLRIQUE
M. H. P. C.

In Saxo Sepulchrali

D. ANDREAS BACCHÆRUS MEDICINÆ
DOCTOR QUONDAM ILLUSTRISS DUCUM
BRUNSWICENSIUM ET LUNEBURGEN-
SIUM PER XVIII. ANNOS ARCHIATER ET
CONSILIARIUS BEATAM RESURRECTIONEM
HIC EXPECTAT.

D. O. M.

D. O. M.

ET

POSTERITATI SACRUM.
CLARISS. DOCTISSIMO QUE VIRO Dño
WILLERBORDO SNELLIO A ROYEN,
MATHEMATICORUM IN BATAVIS OCELLO,
ET IN ACCADEMIA (QUÆ HIC CELEBERRIMA) MATHEMATUM PROFESSORI QUAQUAVERSUM CELEBERRIMO, SOLERTISSIMO, DIGNISSIMO, MERITISSIMO;

NEC NON,

LECTISSIMÆ CASTISSIMÆQUE MATRONÆ,
MARIÆ DE LANGE CONJUGI CHARISSIMÆ,
HOC QUALECUNQUE Μνημόσυνον,
DEBITÆ ERGA PARENTES OBSERVANTIÆ
Τεκμήριον SIVE INDUBITATUM SIGNUM,
LIBERI MOESTI POSUERE.

DENATUS XXX OCTOB. CIↃ. IↃC. XXVI.
DENATA. XI. NOVEMB. CIↃ. IↃC. XXVII.

HIC JACET JOHANNES VALCKENIER
CUM SPE RESUR. IN CULTA PACE
COL. AGRIPP. Ao 1617. 2 NOV. NAT.
CUPID. RER. DIVIN. ET PONTIF. VI.
COACTUM PEREG: TRADUCE. Æt.

ASYL.

ASYL. POP. BATT. AGER EXCEPIT.
VIRT. SUA PARENT. ÆQUAVIT VOTUM.
Ao. Æt. 28. DELAT. S. S. TH. PROFESS.
HARDER. FRANEQ. LUGD. BATT. AN. 25.
CUM. LAB. UTIL. HON. SUM. FUNCT.
MORTAL. 1670. 8. DEC. EXPLEVIT.
OPT. CONJUGI, PATRI PIENT.
MÆST. UXOR. FILIIQVE. P. P.
Templo Petri Leydæ.

ANTONIUS THYSIUS SACRÆ
THEOL. DOCTOR, ET IN HAC
LUGDUNO BATAV. ACADEMIA
PROFESOR ORDINARIUS,
BEATAM RESURRECTIONEM
(CHRISTIANORUM SPEM) HIC
EXSPECTAT. OBIIT DIE VII.
NOVEMBRIS Ao. DOMINI. cIↃ.
IↃc. XL. ANNOS NATUS LXXV.
ET MENSES. III.
Templi Petri Leydæ.

DEO.
OPT. MAX. SACRUM.
ETERNÆ MEMORIÆ,
REVERENDI ET NOBILISSIMI VIRI
Do. IOHANNIS POLYANDRI A KERKHOVE,
EX ANTIQUISSIMA ET NOBILISSIMA
KERKHOVIORUM GANDAVENSIUM FAMILIA
IN

IN ECLESIA GALLO BELGICA DORDRECHTANA,
ANNOS XX. PASTORIS, IN ACADEMIA LUGDUNI BATAVORUM DOCTORIS, ET PROFESSORIS PRIMARII; ANNOS XXXV.
OCTIES RECTORIS MAGNIFICI,
ET XXIII. SYNODI GALLO BELGICI PRÆSIDIS.
HIC,
PIETATE, PRUDENTIA, PROBITATE, MORUM SUAVITATE, LIBERALITATE, ANIMI MODERATIONE; PACIS ET CONCORDIÆ AMORE, NEMINI SECUNDUS, OMNIBUS GRATUS ET CHARUS, NULLI GRAVIS; IN DOCENDO PERSPICUUS, IN DISPUTANDO PROMPTUS, IN CONCIONANDO FACUNDUS; MEMORIÆ ET JUDICII INCOMPARABILIS; EADEM QUA VIXIT TRANQUILLITATE PLACIDE, SUPREMUM DIEM CLAUSIT, IN FINE RECTORATUS. SUI OCTAVI. cIↃ. IↃc. XLVI. IV. FEB.
ÆTATIS SUÆ 78.
JOHANNES A KERKHOVE HEINULIETÆ DOMINUS SALTUUM HOLLANDIÆ PRÆFECTUS FILIUS UNICUS MÆRENS POSUIT. *Ibid.*

EPITAPHIUM.

JACENT HIC RELIQUIÆ
NOBILISS. ET EMINENTISS. VIRI
Do. MARCI DUTCUR,
IN BRABANTIÆ CURIA SENATORIS DIGNISS;
QUI ADMIRANDO INGENIO, EXCEL. DOCTRINA, SUMMO ANIMI CANDORE, ATQUE ADEO DIVINARUM VIRTUTUM CUMULO, OMNIUM MORTALIUM GRATIAM, LAUDEM ET AMOREM MERUIT,

DO-

DONEC DIUTURNO LANGUORE PAULATIM CONFECTUS,
ÆQUO ET PIO ANIMO NATURÆ DEBITUM SOLVIT,
AC DEO CREATORI SUO SPIRITUM REDDIDIT,
NEMINI NON PERGRATAM, SUI MEMORIAM RELINQUENS,

OBIIT 8 IDUS APRIL.
ANNO. 1672.
ÆTAT SUÆ. 48.

EERE SY DEN
GROOTEN
GODT,

ENDE DE SALIGE GEDACHTENIS VAN DEN HEER JACOB VAN BRONCKHOVEN, OORSPRONCKELYCK UYT DESE STADT DIE MET HAER EYGEN BLOET HAERE VRYHEYT GEKOCHT HEEFT, GESPROOTEN; DIE OOCK IN, OFTE VAN WEGEN DESELVE, VELE STATEN GETROUWELYCK BEDIENT HEEFT, EEN RUYMEN TYDT RENTMEESTER VAN RYNLANT, ACHTMAEL BURGERMEESTER, DRIEMAEL IN DEN RAED VAN HOLLANDEN DE WESTVRIESLANT, DRIEMAEL IN DE STATEN DESER VEREENIGDE NEDERLANDEN GESETEN; DE WAERE GODSDIENST ENDE VRYHEYYT IN DE WELKE HY GEBOOREN WAS, SOO TOE-GE-

EYGENT

GEYGENT DAT HY DE LIEFDE TOT DE SELVE EEN YDER NAER ZYN DOODT KAN LEEREN,

WAER OVER HEM, ENDE ZYNEN LOOFLYCKEN NAEM, TOT EEN EEUWIGE GEDAGHTENIS, DIE HY ALREED IN DE HERTEN VAN ALLE VROMEN GEPLANT HEEFT, DIT GRAEFSCHRIFT VAN SYNE VRIENDEN ENDE BEDROEFDE WEDUWE ALHIER GESTELT ENDE OPGERECHT IS. IS DEN SESTIENDEN JUNY IN HET JAER 1642. OUT 65 JAEREN EN DE VYF MAENDEN IN DEN HEERE GERUST.

HIER BENEDEN LEGHT BEGRAVEN 'T GENE STERFLYCK WAS VAN JUFFROUW EMMERENTIA BANNINGS NAERGELAETEN WEDUWE VAN DEN HEERE JACOB VAN BRONCKHOVEN, GOEDER GEDACHTENISSE, IN HAER GANSCHE LEVEN, EEN VOORBEELT VAN ALLE CHRISTELYCKE DEUGHDEN, ZYNDE IN HET LXXXII JAER HAER OUDERDOMS OP DEN XI MEY CIↃ. IↃC LXVII BINNEN LEYDEN IN DEN HEER ONTSLAPEN.

Temp. Petri Leydæ.

HONORI SIT SUMMI DEI.

ET PIÆ MEMORIÆ

DOMINI JACOBI VAN BRONCKHOVEN EX HAC URBE.

QUÆ PROPRIO SANGUINE SUAM EMIT LIBERTATEM ORIUNDUS.

QUI IN EA, AUT EJUS NOMINE, MULTA MUNERA PUBLICA FIDELITER ADMINISTRAVIT; DIUTINO TEMPORE QUÆSTOR RHYNLANDIÆ, OCTIES CONSUL, TER IN CONSILIO HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ, TER IN CONSESSU ORDINUM

GENERAL. FOEDERATI BELGH. VERÆ RELIGIONI ET LIBERTATI IN QUIBUS NATUS ERAT, ITA DEVOTUS, UT AMOREM ERGA ILLAS UNI CUIQUE POST MORTEM SUAM DOCERE QUEAT.

QUAPROPTER, ILLI ET NOMINI EJUS LAUDATISSIMO IN ÆTERNAM MEMORIAM, QUAM JAM IN CORDIBUS OMNIUM PROBORUM PLANTAVIT, HOC EPITAPHIUM AB AMICIS IPSIUS AC VIDUA MOESTA HIC POSITUM ET ERECTUM EST. DECIMO SEXTO JUNII ANNO 1642. AN. NATUS 65. ET MENS. 5. IN DOMINO REQUIEVIT.

HIC INFERIUS JACET SEPULTUM QUOD MORTALE ERAT MATRONÆ EMERENTIÆ BANNINGS, DOM. JACOBI VAN BRONKHOVEN VIDUÆ SUPERSTITIS BONÆ MEMORIE, PER TOTAM SUAM VITAM OMNIUM VIRTUTUM CHRISTIANARUM EXEMPLARIS.

QUÆ ANNO ÆTATIS SUÆ OCTOGESIMO SECUNDO XI. MAY. CIↃ. IↃC. LXXVII. LEYDÆ IN DOMINO OBDORMIVIT.

D. O. M.

ET FÆLICI MEMORIÆ REINERI BONTII, MEDICI EXIMII; GERARDI, MEDICINÆ DOCTORIS AC PROFESSORIS IN HAC ACADEMIA PRÆCLARI

FILIO; PRÆTOR ERUDITIONEM, COMITATE, HUMANITATE, GENERIS HUMANI DELICIO, MODESTIÆ AC SUAVITATIS EXEMPLO; QUI ANNOS ALIQUOT MEDICINAM AC PHILOSOPHIAM IBIDEM PROFESSUS, AC MAGNIFICI RECTORIS

FUNCTUS MUNERE, SUMMI INSUPER EXCELSIQUE HE

HEROIS, MAURITII, D. G. PRINCIPIS AURIACI, COMITIS NASSAVIÆ, CASTRENSIS MEDICUS DOMESTICUSQUE; INAFFECTATA MORUM DEXTERITATE, ITA INVICTUM ARMIS EXPUGNAVIT ANIMUM, UT ARDUIS QUIBUSDAM, REBUSQUE AB EO ADHIBITUS GRAVISSIMIS, INVITO AC CUM INGENTI EJUS LUCTU (QUEM MIRIFICE TESTATUS EST) EREPTUS FUERIT. HÆREDES LIBERIQUE HOC IN LOCO MONUMENTUM PUBLICUM.

L. P. D. C.

HOC TUMULO
CONDITUR VIR CELEBERRIMUS
FESTUS HOMMIUS
S. S. THEOL. DOCTOR,
ECCL. LEYD. PASTOR,
COLL. THEOL. REGENS.
DOCUIT ECCL. HANC ANNOS 40,
REXIT COLL. ANNOS 20.
VIXIT ANNOS 66. MENSES 6.
DENATUS 5. JULII 1642.

D. O. M.
&
EWALDO SCHRIVELIO
ADRIANI TRIGESIMO HAGÆ QUÆ BATAVORUM AULA EST CONSULATU GESTO INSIGNIS, FILIO,

LIO, ANN. CIↃ. IC LXXV. IBIDEM NATO; SENATORI, ET MEDICO; DEIN MEDICINÆ IN LEYDENSI ACADEMIA PROFESSORI PRIMARIO, ET RECTORI MAGNIFICO

SINGULARI DOCTRINA, VIRTUTE, ET PROLIXA IN OMNES COMITATE CLARISSIMO;
CUI IN VITA NIHIL CHARIUS QUAM ALIIS EAM VELUT DARE: NIHIL IN MORTE JUCUNDIUS QUAM AD MELIOREM ET IMMORTALEM TRANSIRE AN. CIↃ. IↃC. XLVII. DENATO.

MARIA VAN SWAENSWYCK, UXOR MARITO,
ET LIBERI PARENTI DULCISSIMO, DESIDERATISS. MÆSTISSIMI, H. M. P.

SIT TIBI QUI NEMINI GRAVIS VIXISTI, TERRA LEVIS

FRANCISCUS DE LE BOE SYLVIUS
MEDICINÆ PRACTICÆ PROFESSOR,
TAM HUMANÆ FRAGILITATIS
QUAM OBREPENTIS PLERISQUE MORTIS
MEMOR,
DE COMPARANDO TRANQUILLO
INSTANTI CADAVERI SEPULCHRO,
AC DE CONSTITUENDA COMMODA
RUENTI CORPORI DOMO,
ÆQUE COGITABAT SERIO,

LUGDUNI BATAVORUM.
M. D. C. LXV.

D. HERMANNUS AMYA.
PASTOR ECCLESIÆ LEYDENSIS FIDISSIMUS ANI-

ANIMAM DEO PLACIDE REDDIDIT, 28. DEC.
cIↃ. IↃc. LXVIII.
CORONAMQUE EXSPECTAT JVSTITIÆ,
JVSTIFICANTIBVS MVLTOS PROMISSAM;

RELICTO PIIS MAXIMO
SUI DESIDERIO.

CUM NOBILES ALIQUOT JUVENES OPTIMÆ SPEI, IN HOC TEMPLO JACENT SEPVLTI, QVI IN ACAD. LVGDVN. BATAVA LIBERAL. ART. ET DISCIPL. OPERAM DEDERVNT QVORVM ALIQVI IN MEDIO CVRSV LITERARIO INSTANTES, ALII ENCYCLOPÆDIAM JAM ABSOLVTI, E VIVIS IMMATVRA MORTE SVNT EREPTI, NVLLA EX PARTE INDECORVM IUDICO ILLOS, TOT PROFESSORES (IISDEM FACVLTATIBVS INCLYTISSIMOS) A TERGO INSEQVI; QVI FORSAN SI MATVRIOR ÆTAS IIS OBTIGISSET, NEC CELEBERRIMIS QVIBVSCVNQVE PROFESSORIBVS INFERIORES EVASISSENT. NEC FAS EST TOT MEMBRA REIPVB. LITERARIÆ (HAVD QVAQVAM NEGLIGENDA) PRÆTERMITTERE.

D. O. M.

HERMANNO ROSWINCKEL ALCMARIANO,
GUILL. EX GERTRUIDA STEENHUYSIA, F.

H. P. O. S.

VIVERE POSSE MIHI VIDEOR DUM NESTORIS ANNOS,
ET PATRIÆ FIERI GLORIA FORTE MEÆ,
IN MEDIO CURSU STUDIORUM ET FLORE JUVENTÆ;

ERIPUIT VITAM MORS INOPINA MIHI.
NEC MIHI NOBILITAS ANIMI, NEQUE FORMA IUVENTÆ
PROFVIT, AVT GENERIS STEMMA DECVSQVE MEI.
DISCE MEO EXEMPLO FLUXÆ DIFFIDERE VITÆ
LECTOR, ET HUIC CINERI FAUSTA PRECARE MEO.
Vixit Aos. xx. ob. xxiii. April. Ao. M.D.C.X.

JONAS A BILER WOLPHARDI E KATHARINA
BOLIA FLANDRA F. UNICUS. WINANDIN.
PROSAPIA GELDER, LONDINI NATUS.
IN IPSO STUDIORUM CURSU
AD VITÆ MELIORIS BRAVIVM
ABREPTUS.
HOC MONUMENTO CONDITUR
VIXIT AN. xxi. OBIIT Ao. cIↃ. IↃC. IX.
SI SPES NULLA FORET BEATIORIS VITÆ.
HI ANTE DIEM JONA OCCIDISSES.

Temp. Petri Leydæ.

D. O. M. S.

ET

ETERNÆ MEMORIÆ
JOHANNIS FRIDERICI GASTGEBII, NOBILI PROSAPIA.
VIENNÆ AUSTRIORUM ORIUNDI,
QUI CUM OPTIMO LIBER. ARTIUM FUNDAMENTO
IN TUBINGENSI ACADEMIA POSITO, PRÆCI-
PUIS-

PUISQUE ITALIÆ URBIBUS TRIENNII SPACIO LUSTRATIS LUGDUNUM BATAVORUM AD LIBERIORES STUDIORUM FRUCTUS CONSEQUENDOS SUPERIORI ANNO ITER SUSCEPISSET, LETHALI IBIDEM MORBO CORREPTUS IN FLORE ÆTATIS SUÆ ANNOS XXIII NATUS, VITAM CUM MORTE COMMUTAVIT.

IV. ID. January.

Anno CIↃ. IↃC. XXVIII.

Templ. Petri Leydæ.

D. GEORGIUS VOGELIUS NORICUS IN ATHENÆO L. BATAVICO OPERAM LITERIS NAVANS, XXII. ANN. NATUS,

AD OMNIA QUÆVIS MAGNA, ET MAXIME AD CLAVUM REIPUB. FACTUS ET EDUCATUS.

XIV. JAN. CIↃ. IↃC. XXVI.

MAGNA CUM OMNIUM LITERATORUM ET BONORUM MÆRORE DENATUS,

HIC SITUS EST.

Temp. Petri Leydæ.

GENEROSUS VIR JUVENIS.

JO. ERNESTUS DE BODEC. NOB. BORUS.

POSTQUAM PERACTO STUDIORUM CURSU PROPOSITUM IN POLITIORES EUROPÆ PARTES

ITER, CÆLESTI QUIETE SUBITO MUTASSET,
HIC SITUS:
HONESTISSIMAM POSTERITATI FAMAM,
PARENTIBUS, COGNATIS, AMICIS,
COMMUNE DESIDFRIUM RELIQUIT.
Ao. ÆTATIS. XXIII.
Ao. M. DC. LXXVII.

QUI MORITUR ANTEQUAM MORITUR
NON MORITUR QUANDO MORITUR.

GENERE AC ERUDITIONE PRÆSTANTISSIMO
DNO HARTWICO BUNCK. PH. ET MED. CAND.
QUI NATUS HAMBURG. CIↃ. IↃC. LVII. D. XI. NO.
MORTUUS SUBITO LUGDUNI. CIↃ. IↃC. LXXXI.

D. V. Auguſt.

MEMORIÆ
NOBILISSIMI ET STRENUI DOMINI
JOACHIMI DE DORNE,
PATRITII LUBECENSIS;

QUI XXIII. Ao. ÆTATIS IN STUDIORUM CURSU
ET JUVENTUTIS FLORE,
ANNO M. DC. LXVII. DIE VII. MARTII, FEBRE
ARDENTI EXTINCTUS EST.
O FLUXA MORTALITAS!

Templo Petri Leydæ.

Quam

QUAM FRAGILIS ET CA DUCA SIT
VITA MORTALIUM,
SUO EXEMPLO DOCUIT,

E NOBILI FAMILIA ORTUS, VIR IUVENIS,
JOHANNES LUDOVICUS RUDIGER,
NATIONE BORUSSUS, PATRIA GEDANENSIS;
QUI VALETUDINIS RECUPERANDÆ GRATIA,

HASCE ITERUM REPETENS ORAS,
EAM IN IPSO ÆTATIS FLORE, EHEU!
UNA CUM VITA PERDIDIT,
ET GRAVI DIUTURNOQUE MORBO EXHAUSTUS CONSUMPTUSQUE ANIMAM CHRISTO REDEMPTORI, CORPUS TERRÆ REDDIDIT;

ANNO SALUTIS CHRISTIANÆ
M. DC. LXXV. DIE XIV. FEBRUARII:
CUM VIXISSET
ANNOS XXXI. MENSES III. DIES XVII.

CUJUS CINERES NEQUIS UNQUAM HINC DEQUIETET,
FRATRI CHARISSIMO, DESIDERATISSIMO,
CONCORDIA SOROR, ET CONSTANTINUS FRATER HÆREDES,

HOCCE MONUMENTUM
PRO MUNERE EXTREMO ÆRE PROPRIO COMPARARUNT.

ADFINI DILECTISSIMO MÆSTUS POSUIT.
LUDOVICUS SCHLIEF.

Templ. Petri Leydæ.

DEO OPTIMO MAXIMO SACRUM, ET ÆTERNÆ MEMORIÆ, IOSEPHI IUSTI SCALIGERI, JUL. CÆSARIS A BURDEN F. PRINCIPUM VERONENSIUM NEPOTIS; VIRI, QUI INVICTO ANIMO UNA CUM PARENTE HEROE MAXIMO CONTRA FORTUNAM ADSURGENS AC, JUS SUUM SIBI PERSEQUENS, IMPERIUM MAJORIBUS EREPTUM, INGENIO EXCELSO, LABORE INDEFESSO, ERUDITIONE INUSITATA, IN LITERARUM REP. QUASI FATALITER RECUPERAVIT: SED PRÆSERTIM EJUSDEM MODESTIÆ, QUOD SIBI FIERI VETUIT; IDEM QUI IN URBEM HANC VOCARUNT, CURATORES ACADEMIÆ, AC URBIS COSS. HOC IN LOCO MONUMENTUM

P. E. L. C.

IPSE SIBI ÆTERNUM IN ANIMIS HOMINUM RELIQUIT.

In Saxo Sepulchrali.

JOSEPHUS JUSTUS
SCALIGER

JUL.

JUL. CÆS F.
HIC EXPECTO RESURRECTIONEM.
TERRA HÆC AB ECCLESIA EMPTA EST.
NEMINI CADAVER HUC INFERRE LICET.

Temp. Gall. Leydæ.

BONÆ MEMORIÆ
CAROLI CLUSII.
ATREBATIS
P O S.

QUI OB NOMINIS CELEBRITATEM, PROBITATE, ERUDITIONE, CUM REI INPRIMIS HERBARIÆ ILLUSTRATIONE, PARTAM: INTER AULÆ CÆS. FAMILIARES ALLECTUS, ET POST VARIAS PEREGRINATIONES, A NOBB. DEMUM ET AMPLISS. D. D. CURR. ET COSS. HANC IN URBEM CON. DECORANDÆ ACADEMIÆ EVOCATUS, ET STIPENDIO PUB. PER ANNOS XVI. HONORATUS XXC IV. E. S. ANNUM INGRESSUS OBIIT CELEBS IV. APRIL. M. DC. IX.

Temp. Gallico Leydæ.

VIRO CONSULTISSIMO

ZACHARIÆ COLBIO SOLMENSI,

QUI

QUI HENRICO IV. GALLIÆ ET NAVARRÆ
REGI, ET
FRIDERICO QUARTO ELECTORI PALATINO
A SECRETIS;
FRIDERICO V. AUTEM POST REGI BOHEMIÆ
A STUDIIS ET CONCILIIS SACRIS FUIT;
RELIGIONE IN DEUM,
PIETATE IN PRINCIPES,
HUMANITATE IN OMNES
SPECTATISSIMO:
AVUNCULO MAGNO OPTIME DE SE MERITO
XXV APRILIS ANNO CHRISTI M. DC. XXXIII.
ÆTATIS LXXX VIVIS LEYDÆ EXEMPTO,
MONUMENTUM HOC MEMORIÆ ET
GRATITUDINIS ERGO FIERI FE-
CIT ZACHARIAS HOMBERGIUS
HÆRES.

Templ. Hogelandiæ Leydæ.

PII NEPOTES
HOC AVO MARMOR SUO
POSUERE

PETRO
HADRIANI WERVIO
QUI MULTA OBIVIT PRO SALUTE PATRIÆ
PERICLA, MULTA MUNIA IN REPUBLICA;
QUEM LEYDA VIDIT CONSULEM BIS
SEXIES'

EXIES, BIS ORDINES HOLLANDIÆ DIG-
NUM SUI MEMBRUM SENATUS; CU-
JUS HOC CONSTANTIÆ DEBET SUB
JUS CONSULATU CIVITAS OBSESSA
IS, QUOD CANTABRUM, PESTEM
FAMEM,

TUMULTUANTE

CIVE PLEBE MILITE,

DONEC FUIT SOLUTA FORTITER TU-
LIT.

NATUS EST LEYDÆ A°. M. D. XXIX.
DENATUS A°. M. DC. IV.

UXOREM HABUIT MARIAM DUYSTA
VOORHOUT FRANCISCI
FILIAM.

JOHANNES, PETRUS, ADRIANUS } AB ASSENDELFT BARTHOLOMÆI FILII.

Templo Hogelandiæ Leydæ.

HIER

HIER LEYD BEGRAVEN DEN HEER JUS
TINUS VAN NASSAW, GEWESEN IN
SYN LEVEN COLONEL VAN 'T WALEN
REGIMENT, ADMIRAEL VAN ZEELANDT
XVII. JAREN, GENERAEL VAN WEGEN
DE GROOT MOG. HEEREN STATEN VAN
HOLLAND ENDE WESTVRIESLANDT IN
VRANKRYCK, GOUVERNEUR VAN BRE
DA, XXV. JAREN, STERF IN 'T JAER
XVI. C. XXXI. DEN XVI. JUNII, OUD ZYN
DE LXXII. JAREN. MET MEVROUWE
MEVROUWE ANNA VAN MERODE, ZYN
ED. HUYSVROUW, GEBOREN BARONES
SE VAN MERODE, STERF IN 'T JAER
XVI. C. XXXIV. DEN VII. OCTOBRIS, OUD
ZYNDE LXXI. JAREN.

Latine sic.

HIC JACET SEPULTUS DOMINUS JUSTI
NUS A NASSAU, QUI FUIT DUM VIVE
RET TRIBUNUS LEGIONIS WALONUM
ARCHITHALASSUS ZELANDIÆ ANNOS
XVII. DUX EXERCITUS A PARTE PRÆ
POTENTIUM DOMINORUM ORDINUM
HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ IN GAL
LIA, GUBERNATOR BREDÆ ANNOS XXV
MORTUUS ANNO XVIC. XXXI. XVI. JU
NII. NATUS ANNOS LXXII.

CUM

CUM MATRONA MATRONA ANNA VAN MERODE EJUS NOB. UXOR. NATA BARONESSA MERODE, MORTUA ANNO XVIc. XXXIV. OCTOBRIS VII. ANNOS NATA LXXI.

Templ. Hogelandiæ Leydæ.

NOBILISSIMA SANE HÆC CIVITAS, & quæ ob amænitatem loci, agrorum circumjacentium fertilitatem, ANTIQUITATIS DECUS (ut multi) ſed procul dubio OB ARTIUM ET BONARUM DISCIPLINARUM GLORIAM INTER ALIAS (NON HOLLANDIÆ SOLUM SED ET TOTIUS BELGIÆ FÆDERATÆ) EMINET: CUMQUE TOT RARAS ADMODUM ET SPECTATU DIGNISSIMAS RES IN SE CONTINET, quæ ſpectatoribus jucundiorem dicam an utiliorem intuitum neſciam præbent; Urbem hanc, (O quam mihi multum amatam!) non leviter prætereundam decrevi, ſed quicquid hujuscemodi a memet ipſo teſte oculato & nimium delectato obſervatum fuit, tanquam in typo lectoribus eruditis & Curioſis exhibere: & quantum conjectura augurari queam opus hoc meum omnibus rei literariæ amantiſſimis pergratum fore ſtatuo; non exteris ſolummodo,

modo, sed indignis & præsertim CIVIBUS LEYDENSIBUS, QUO MAGIS ALLICIANTUR EXTERI HORUM LECTIONE AD URBEM SUAM INVISENDAM; quibus etiam, excellentissima quæcunque ex eorum urbe a me collecta publici Juris feci, in gratum erga illos animi mei TEKMΘRION & indubitatum amoris signum nec non ad sempiternam CIVITATIS suæ vere MAGNIIFICÆ gloriam D.D. Hoc autem ordine Dispositæ Lector Benevole contemplationi tuæ objiciuntur

1 Quæ de BURGO 2 DE ACADEMIA; DE HORTO ACADEMICO 4 DE ANATOMIA SINT APPRIME SPECTANDA.

BURGUM est ARX QUÆDAM EGREGIA ET MUNITISSIMA, in media fere urbe constructa, loco quodam editiori, ad prospectus undequaque jucundissimos quam optime accommodata. Narrant Historiographi ENGISTUM Conditorem hujus arcis fuisse cum post Devictam BRITANNIAM Domum rediret. Certissimum vero est, BURGUM hoc titulum BURGRAVIIS LEYDENSIBUS contuliſse; qui non tantum urbis hujus sed & RHINLANDIÆ olim Domini erant: quæ DIGNITAS apud antiquissimam WASSENARIO-

RIORUM familiam multos annos propria manſit. Quo pacto autem alienata & ab ipſa urbe jam poſſeſſa inſcriptiones quædam inſignes (COSS. DECRETO FACTÆ) teſtantur, quæ ſequuntur.

BURGI ANNO 1658. PROSOPOPÆIA.

ARX EGO BELLONÆ BIFIDO CIRCUMFLUA RHENO
WASNARÆ FUERAM GLORIA PRIMA DOMUS.
ARX INVICTA FAME NISI VICTAM FAMA REFER- 1203.
RET.
CUM TUTAM NOSTRO SE PUTAT ADA SINU.
POST IN VICINOS NIMIS IMPERIOSA PENATES 1420.
HOLLANDO COGOR SUBDERE COLLA JUGO.
QUODQUE OLIM IN CIVES FUERAT JURE EXUOR OMNI
CUM LUPÚLO ET GRUTIS NUDA RELICTA MEIS.
QUÆ NUNC JURA SUO CUM VENDICET ÆRE 1651.
SENATUS.
ILLIUS ARBITRIO ME QUOQUE TRADO LUBENS.
LEIDA, SUPERVACUOS ALII MERCENTUR HONORES,
TU SAPIS ET CIVES QUO TUEARIS EMIS.

GULIEL. PAEDTS.
J. Pr. VAN DEN MARSCH.
ARNOLD. WITTENS.
Rdo. GROENENDYCK.
COSS.

Dodecaſtichon illud ad Portam exteriorem quæ aditum ad Burgum præbet legendum eſt, in cujus Portæ Superiore parte ad extra, EGREGIUM QUODDAM EMBLEMA, TANTA URBE DIGNUM, PLATEAM PRÆTEREUNTIBUS PROSTAT SPECTANDUM.

LEO ERECTUS ADMINICULO SAXEO QUADRATO INNIXUS, IN SINISTRO PEDE CLAVES TRANSVERSAS, IN DEXTRO PEDE ENSEM FALCATUM (QUASI JAM PERCUSSURUS) ELEVATUM TENET, ET SUBTUS HOC SYMBOLUM INSCRIBITUR.

PUGNO PRO PATRIA.

In Superiore parte ejuſdem Portæ ad intra, LEO ERECTUS ENSEM TENET IN SINISTRO PEDE MUCRONE DEPRESSO, CUJUS CAPULO SUPERIMPONITUR PILEUS (NOBILISSIMUM LIBERTATIS INSIGNE) HAC INSCRIPTIONE ADDITA.

HÆC LIBERTATIS ERGO.

Supra januam interiorem quæ poſt graduum

duum aſcenſum, introitum in ipſam arcem præbet hæc inſcriptio videnda eſt.

ARCEM HANC CUM FUNDO,
VETUSTISSIMUM ILLUSTRISSIMÆ GENTIS
WASSENARIÆ HEREDIUM, CUM BURGRAVII
TITULO, OMNIQUE JURE EI ANNEXO, A PRINCIPE
LIGNÆO WASSENARÆ DOMINO
XV. KALEND. MAJI ANNI CIↃ. IↃC. LI.
IN JUS. S. P. Q. LEYDENSIS ÆRE CIVITATIS
PUBLICO TRANSLATAM,
HAC INSCRIPTIONE
URBIS COSS.
GULIELM. PAEDTS.
PAUL. SWANENBURGH.
JACOB VAN DEN BERG
CORN. BUYTEVEST
PUBLICE TESTATUM VOLUERUNT.

SUPER HANC INSCRIPTIONEM SPECTANTUR DUO LEONES CLAVES INTER SE MUTUO SUSTENTANTES CUM CORONA SUPERIMPOSITA.

Ad lævum Januæ ejuſdem hoc Dodecaſtichon
De origine URBIS ATQUE ARCIS hujus legitur.

AD HOSPITEM.
DE NATALIBUS URBIS ATQUE ARCIS.
QUI LEYDÆ DOMINÆQUE ARCIS TIBI TRADIDIT ORTUS

SCRIPTOR ARETALOGUS NON SINE LABE FUIT.
DICAM EGO, NON ROMAM REDOLENT LATIASQUE SECURES,
UT NEQUE CIVILEM TERRA BATAVA TUUM.
NEC BENE AD ENGISTUM REFERES, NEC DENIQUE FRATREM,
PRODERE MILLE ANNOS QUID SINE TESTE IUVAT?
SECULA SEX NUMERES SUMMUM, PULCHERIMA LEYDA,
NON POTERIT VILLÆ DEMEMINISSE SUÆ;
UT NEC ALOINI SIBI QUEM DEVINCIAT AURO
NE VECTIGALES ANXIA POTET AQUAS.
ARX QUOQUE NE NOCEAT DOMUIT QUAM DITIOR ARGA,
SIC URBS SERVA PRIUS REDDITA TOTA SIBI EST.

P. S.

Jam de ACADEMIA, ubi inſcriptionem primum in veſtibulo Anditorii ubi publicæ Lectiones Habentur, ac poſtea Ordinem ipſarum Lectionum tum æſtivarum tum etiam Hyemalium (quæ adhuc etiam continuantur per aliquot menſes) pro anno 1682. tradam.

MEMORIÆ POSTERITATIS

ÆDEM ISTAM IN QUAM ANNO cIↃ. IↃ. LXXXI.

CU-

CURATORES ACADEMIÆ ET COSS. HUJUS URBIS PUBLICAS ACROASES TRANSFERRI VOLUERUNT, QUAMQUE VERÆ SAPIENTIÆ ET LIBERALIBUS DOCENTIUM ATQUE DISCENTIUM, EXERCITIIS, ATQUE HONORIBUS DEDICARUNT, POSTQUAM EXORTA REPENTE FLAMMÆ VIOLENTIA III. EID. NOVEMBRIS ANNO CIↃ. IↃC. XVI. TECTUM EJUS TRABES CATHEDRAS SUBSELLIAQUE FOEDE ABSUMPSISSET, EAM EX DECRETO ILL. AC PRÆPOT. HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ ORDINUM IN HUNC MODUM MAGNIFICE RESTAURATAM PUBLICIS DIVINARUM ATQUE HUMANARUM RERUM DISCIPLINIS CONSECRARUNT.

ADRIAN. A MATENES DOMINUS IN MATENES OPMEER &c. CORN. VAN DER MYLE DOMINUS IN DUBBELDAM &c. ACADEMIÆ CURATORES.

FR. CORN. TOORNVLIETIUS
LAURENT. HUG. GAALIUS
} CONSULES REIPUB.

PETRUS ARNOLDUS DEYMANNUS
THEODORUS GER. HOGEVENIUS
} LUGDUNO BATAVÆ

ANNO CIↃ. IↃC. XVIII.

KAL. JUNII.

RECTOR ET SENATUS ACADEMIÆ LUGDUNO-BATAVÆ LECTORI SALUTEM.

Cum in conſtitutione Academiarum nihil magis ſpectetur, quam recitationum publicarum ſeries, quæ in omni Facultate hibernis & æſtivis temporibus habentur: viſum nobis fuit, ut de his non noſtris tantum, ſed & exteris conſtaret, brevem indicem earum, & tabellam quaſi dare: ut qui Academiæ hujus noſtræ celebritatem apud alios commemorari audiunt, quid in ea doceatur, intelligant, priuſquam ad eam accedant: aut potius, ut accedant, cultumque animi in ea percipiant.

ORDO LECTIONUM ÆSTIVARUM in Academia Batava Leidenſi, Anno 1682.

MANE.

HORA OCTAVA.

D. PAULUS HERMANN, MED. DOCT. Botanicen in horto Academico docebit.

HORA NONA.

D. ANTONIUS HULSIUS, S. S. THEOL. D. ET PROFESSOR explicat controverſias Theologicas.

D. CAROLUS DE MAETS, PHILOS. AC MEDIC. DOCT. HUJUSQ; PROFESS. Lectiones & Demonſtrationes ſuas Chemicas, partim circà Præparationes Medicamentorum (quæ Arte Spagyricâ ex triplici Mundi Regno elaborantur) partim circà rariora Phyſices Experimenta, dirigit.

D. JACOBUS GRONOVIUS, GRÆCÆ LINGUÆ ET HISTORIARUM PROFESSOR, diebus Lunæ & Martis Hiſtoriam Romanam ex Aurelii Victoris Viris Illuſtribus, Jovis & Veneris excurſum Polybii de Militia Romana exponit.

HORA DECIMA.

D. CHRISTOPHORUS WITTICHIUS, S. S. THEOL. DOCT. ET PROFESSOR, Hiſtoriam Vitæ, Mortis, Reſurrectionis & Adſcenſus Chriſti Servatoris juxta harmoniam quatuor Evangeliſtarum enarrabit.

D. JOHANNES VOET, J. U. D. ET PROFESSOR materiam actionum ex omnibus Juris Civilis partibus explicabit.

D. THEODORUS CRAANEN, PHILOS. ET MEDICINÆ DOCT. ET HUJUS PROFESS. Praxi absolutâ, Institutiones Medicas convenientes solidiori Philosophiæ & recentiorum inventis præleget.

D. WOLFERDUS SENGUERDIUS, JURIS UTRIUSQUE ET PHILOSOPH. DOCTOR HUJUSQUE PROFESSOR controversa Problemata Philosophica tractat, eaque Experimentis publicè subinde illustrat.

HORA UNDECIMA.

D. FRIDERICUS SPANHEMIUS, S. S. THEOLOG. DOCTOR EJUSDEMQUE & HISTORIÆ SACRÆ PROFESSOR, diebus *Lunæ* & *Martis* Materias deinceps illustriores per omnes Theologiæ Locos, *Iovis* autem & *Veneris*, selectissima ex Antiquitate Ecclesiasticâ, pertractabit.

D. AN-

D. ANTONIUS MATTHÆUS, J. U. D. & PROFESSOR, Pandectas interpretatur.

D. CAROLUS DRELINCURTIUS, MEDICUS REGIUS IN GALLIIS NEC-NON HUJUS UNIVERSITATIS PROFESSOR SENIOR, alternis Practica & Anatomica docet.

D. BURCHERUS DE VOLDER, MEDIC. & PHIL. DOCTOR, HUJUSQUE PROFESSOR, ſingulis Lunæ diebus in Theatro Phyſico in hunc uſum conſtructo experimenta Phyſica cujuſcunque generis publice demonſtrabit: cæteris vero diebus celebriora Philoſophiæ Problemata exponet.

A MERIDIE

HORA SECUNDA.

D. STEPHANUS LE MOYNE, S. S. THEOLOG. DOCTOR ET PROFESSOR, Enarrationem Epiſt. ad Hebræos continuabit.

D. LUCAS SCHACHT, PHILOS. ET MED. DOCT. HUJUSQUE PROFESSOR, praxin Medicam exponit.

D. THEODORUS RYCKIUS, J. U. D. HISTORIARUM ET ELOQUENTIÆ PROFESSOR, ET. P. T. RECTOR, tertium decimum Taciti Annalem interpretatur.

D. LUCAS SCHACHT, PHIL. & MED. DOCTOR, HUJUSQUE PROFESSOR, *in Nosocomio publico trimestribus alternis, & quidem diebus singulis, exceptis Dominicis, Studiosos Medicinæ in Morborum Dignotione per sua Signa, Cognitione per suas Causas & Curatione per sua Indicata exercet, atque sic ad Praxin manuducit. Quicquid autem de Partibus verè affectis & Causis affectuum latentibus capi sensibus potest, id omne in Demortuorum sectione rimatur & patefacit.*

Habebuntur ab omnibus DD. PROFESSORIBUS *omnium Disciplinarum & Linguarum Doctarum ad desideria Studiosorum privata Collegia.*

R E

RECTOR ET SENATUS ACADEMIE LUGDUNO-BATAVÆ LECTORI SATUTEM.

Cum in constitutione Academiarum nihil magis spectetur, quam recitationum publicarum series, quæ in omni Facultate hibernis & estivis temporibus habentur, visum nobis fuit, ut de his non nostris tantum, sed & exteris constaret, brevem indicem earum, & tabellam quasi dare: ut qui Academiæ hujus nostræ celebritatem apud alios commemorari audiunt, quid in ea doceatur, intelligant, priusquam ad eam accedant: aut potius, ut accedant, cultumque animi in ea percipiant.

ORDO LECTIONUM HYEMALIUM IN ACADEMIA BATAVA LEYDENSI, Anno 1682.

M A N E.

HORA OCTAVA.

D. PAULUS HERMANN, MED. DOCT. Botanicen in horto Academico docebit.

HORA NONA.

D. ANTONIUS HULSIUS, S. S. THEOL. D. ET PROFESSOR explicat controverſias Theologicas.

D. CAROLUS DE MAETS, PHILOS. AC MEDIC. DOCT. HUJUSQUE PROFESS. Lectiones & Demonſtrationes ſuas Chemicas, partim circâ Præparationes Medicamentorum (quæ Arte Spagyricâ ex triplici Mundi Regno elaborantur) partim circà rariora Phyſices Experimenta, dirigit.

D. JACOBUS GRONOVIUS, GRÆCÆ LINGUÆ ET HISTORIARUM PROFESSOR, diebus LUNÆ ET MARTIS HISTORIAM ROMANAM EX AURELII VICTORIS VIRIS ILLUSTRIBUS, JOVIS ET VENERIS excurſum POLYBII de Militia Romana exponit.

HORA

HORA DECIMA.

D. CHRISTOPHORUS WITTICHIUS, S. S. THEOL. DOCT. ET PROFESSOR, Hiſtoriam Vitæ, Mortis, Reſurrectionis & Adſcenſus CHRISTI SERVATORIS juxta harmoniam quatuor EVANGELISTARUM enarrabit.

D. JOHANNES VOET, J.U.D. & PROFESSOR MATERIAM exceptionum ex omnibus Juris Civilis partibus explicabit.

D. THEODORUS CRAANEN, PHILOS. ET MEDICINÆ DOCT. ET HUJUS PROFESS. materiam tractat. de Febribus.

D. WOLFERDUS SENGUERDIUS, JURIS UTRIUSQUE ET PHILOSOPH. DOCTOR HUJUSQUE PROFESSOR, diebus Lunæ ac Martis Phyſicam exponit; Jovis autem & Veneris, controverſa Problemata Metaphyſica pertractat, & priora Experimentis publicè ſubinde illuſtrat.

HORA UNDECIMA.

D. FREDERICUS SPANHEMIUS, S S. THEOLOG. DOCTOR EJUSDEMQUE & HISTORIÆ SACRÆ PROFESSOR, diebus *Lunæ* & *Martis* Materias deinceps illustriores per omnes Theologiæ Locos, *Iovis* autem & *Veneris*, selectissima ex Antiquitate Ecclesiasticâ, pertractabit.

D. ANTONIUS MATTHÆUS, J. U. D. ET PROFESSOR, PANDECTAS interpretatur, & pro re nata etiam tractat. quæstiones ex CODICE.

D. CAROLUS DRELINCURTIUS, MEDICUS REGIUS IN GALLIIS NEC-NON HUJUS UNIVERSITATIS PROFESSOR SENIOR, alternis Practica & Anatomica docet.

D. BURCHERUS DE TOLDER, MEDIC. ET PHIL. DOCTOR, HUJUSQUE UT ET MATHESEOS PROFESSOR, singulis Lunæ diebus in Theatro Physico in hunc usum constructo experimenta Physica cujuscunque generis publice demonstrabit: diebus vero Martis & Mercurii Astronomiam; Jovis denique & Veneris, celebriora Philosophiæ Problemata exponet.

A ME-

A MERIDIE.

HORA SECUNDA.

D. STEPHANUS LE MOYNE, SS. THEOLOG. DOCTOR ET PROFESSOR. Enarrationem Epist. ad HEBRÆOS continuabit.

D. LUCAS SCHACHT. PHILOS. ET MED. DOCT. HUJUSQUE PROFESSOR, praxin Medicem exponit.

D. THEODORUS RYCKIUS, J. U. D. HISTORIARUM ET ELOQUENTIÆ PROFESSOR, & p. t. RECTOR, quartum decimum Taciti Annalem interpretatur.

D. LUCAS SCHACHT, PHIL. & MED. DOCTOR HUJUSQUE PROFESSOR, *in Nosocomio publico trimestribus alternis, & quidem diebus singulis, exceptis Dominicis, Studiosos Medicinæ in Morborum Dignotione per sua Signa, Cognitione per suas Causas & Curatione per sua Indicata exercet, atque sic ad Praxin manuducit. Quicquid autem de Partibus verè affectis & Causis affectuum latentibus capi sensibus potest, id omne*

omne in Demortuorum ſectione rimatur & patefacit.

Habebuntur ab omnibus D. D. PROFESSORIBUS *omnium Diſciplinarum & Linguarum doctarum ad deſideria Studioſorum privata Collegia.*

DE HORTO ACADEMICO EJUSQUE STATUTIS NEC NON DE REBUS QUAMPLURIMIS CURIOSIS;

TAM INDIGENIS QUAM EXOTICIS QUÆ IN AMBULACRO ILLIUS SUNT SPECTANDÆ.

QUÆ IPSISSIMO ORDINE SUNT DISPOSITÆ
QUO A SPECTATORIBUS CONSPICIENDÆ EXHIBENTUR.

Rite autem methodo noſtra Hortus Academiæ proximum locum tenet quoniam

ACADEMIÆ HORTUS ADJACET quasi quædam ejuspars, ob herbarias lectiones, quæ æstivo tempore à præfecto heic haberi consueverunt. Hortus amæniſſimus eſt, & arboribus ac ſtirpibus tam indigenis quam exoticis inſtructiſſimus.

Cujus inſcriptio hæc eſt:

USUI, ORNAMENTO
ACADEMIÆ
CURATT. ET COSS. JUSSU
STRUCTUM OPUS.
ANNO A NATO CHRISTO
CIↃ. IↃC.

Hortum ingreſſus, ad ſubſcripta reſpicito.

1. STATUTA A PRÆFECTO HORA HORTUM INGREDI FAS ESTO; EXAMINE FINITO, EGREDITOR.

2. INGRESSIS, STIRPES VIDERE LICET, ODORARI LICET; TENELLAS, SUCCRESCENTESVE TRACTARE, LÆDEREVE NON LICET.

3. RAMOS, FLORES, SEMINA DECERPERE: SCAPOS CONFRINGERE: BULBOS, RADICESVE EVELLERE: HORTUM INJURIA AFFICERE, NEFAS ESTO.

4. PULVILLOS, AREOLASVE NE CONCULCATO, TRANSILITOVE.

5. NIHIL INVITO PRÆFECTO ATTENTATO.

IN AMBULACRO HORTI ACADEMICI QUÆ ACADEMIÆ SIVE LOCO PUBLICIS LECTIONIBUS DESTINATO ADJACET, RES HÆ CURIOSÆ ET EXOTICÆ SUNT CONSPICUÆ.

1 Aquila Chryſaëtos Aldrovandi. Willugb. Ornithol. p. 27.
2 Anſer Magellanicus Cluſii, Pinguinus dictus. Cluſ. Exot. l. v. c. 5. Wurm. Muſ. Willugb. 242.
3 Juglans Canadenſis.
4 Vaſcula ex cucurbitis facta, ex quibus vinum Palmæ potant Nigritæ.
5 Veſpertilio Indicus. Cluſ. exot. l. v. c. 1.
6 Roſtrum piſcis priſtis ſive ſerra Rondeſeti. Cluſ. exot. l. VI. c. 19. Araguagua Marc. l. 1. c. 10.
7 Concha maxima imbricata Indica.
8 Coſta Rhinocerotis.
9 Cutis porci Braſiliani Sylveſtris, Tajacu Caaiguara. Mark. l. VI. c. 7.
10 Frutex marinus Coralloides.
11 Maxilla ſuis Marinæ.

12 Avis

12 Avis Braſiliana, Anhima Braſilienſium, frontem & alas cornubus armata. Mark. l. v. c. 14. Willugb. p. 202.
13 Cutis equi Sylveſtris Braſiliani.
14 Virga maxillæ, & penes urſi albi ex Groenlandia.
15 Piſcis Indicus Blaſaert dictus.
16. Siliqua arboris Indicæ, Malabaris Palega pajaneli, Zeylonenſibus Tottila dictæ. Hort. Malab. tom. 1. p. 77.
17 Manucodiata ſeu Paradiſea avis Cluſ. auctar. ad l. v. c. 1.
18 Calceus Mirabilis Chinenſium.
19 Piſcis alatus, Hirundo marina maxima dictus.
20 Orbis Indicus muricatus ſeu aculeatus. Guamajacu Gura. Piſon. l. v. c. 16.
21 Inſtrumentum luſorium gramineum.
22 Idolum Indicum.
23 Dentes piſcis Pot vocati.
24 Cornua capræ Sylveſtris cornutæ Pazam dictæ Carz. ab Ort. l. 1. c. 45.
25 Cornua capri peregrini.
26 Fungus orbicularis maximus Boviſt dictus.
27 Caput equi marini.
28 Ungula & pes Alcis.
29 Faſti Danici. Wurm. de faſt. Dan.
30 Cornua Rhinocerotis.
31 Lectus portatilis Indorum Belgis Hangmat. Indis Anthol dictus.

32 Fructus Ananas Indiæ omnes alios saporis gratia superans. Acost. l. arom. c. 44.
33 Deus Hippopotami. Fab. Column.
34 Caput & cauda Castoris.
35 Scutum quo utuntur nigritæ ad ornatum & prælium.
36 Theca Venatoria Maurorum regni Guincę
37 Frutex marinus elegantissimus Clusi Exot. l. vi. c 2.
38 Spongia marina, Cervina cornua referens, An Alcinoi species Clusi Exot. l. vi. c. 12.
39 Arcus & Sagittæ Nigritarum.
40 Pes Avis Emeu vulgò Casearius seu Casuaris. Clus. Exot. l. v. c. 3. Bont. l. v. c. 18. Willugb. p. 104.
41 Piscis species Porcellus dicta. Vid. Hippol. Salvin. Histor. aquat. p. 207.
42 Aranea marina.
43 Arundo Sacharifera. Bauh. Pin. Uubæ. Tacomaree Brasil. Alfeloa d'a Zuquere. Cana d'a Zuquere. Lucit. Marckg. l. 11. c. 16.
44 Tela & Jacula Guinensium.
45 Animal monstrosum ex ovo gallinæ enatum.
46 Rostrum Onocratali seu Pelicani Aldrovandi. Willugb. p. 246. Bonti l. v. c. 15.
47 Piscis Triangularis Clusii Exot. l vi. c. 27. Ostracion Aldrovandi.
48 Truncus Fici Indicæ Sylvestris, Janiaracu

cu Piſonis, ex ejuſdem munere.

49 Scapus Aloës Americanæ, ſive Caraguataguaca. Piſonis Hiſt. Natur. l. IV. c. 82.

50 Mambu Luſitanis, corrupte Bambu, arundo arborea in Indiæ paluſtribus frequens. Cluſii Exot. l. 1. c. 18. Piſo. in Mantiſſ. arom. c. 10. Ily. Hort. Malab. Tom. 1. p. 25. Unaghas Zeylonenſ.

51 Mandibula & Spinæ dorſi Piſcis Tiburonis, vulgo Hayæ dicti. Cluſii cur. p. 127.

52 Crocodilus, ſive Cayman. Bont. l. v. c. 3.

53 Idola ex Zaba, ex ligno ſive potius arboris cujuſdam radice ponderoſiſſima confecta.

54 Caput Cervi cornubus monſtroſis.

55 Lapis Amyanthus, ſive Asbeſtinus. Wurm. l. 1. c. 7.

56 Cutis Strurionis ſive Siluri, cujus ova ſale condita & in maſſam redacta caveárium ſeu caveare vocatur. Hippol. Salvian. p. 113. Wurm. muſ. p. 274.

57 Cutis Animalis Ignavi dicti. Cluſ. auctar. l. v. c. 16. Aiſ. Ignavus Priguiza. Marckgr. l. 6. c. 1.

58 Lagena Braſilienſis, ex cucurbita, opere textili, ex ſpartò ſtramine & junco ſubtili varii coloris artificioſe facto.

59 Pellis capreoli Braſiliani.

60 Felis alatus Indiæ Orientalis, donum D. I. Breyni.

61 Simia alata ſ. Veſpertilio volans. Bont. l. 5.

c. 16. Donum l. Breyni.

62 Tamandua minor Piſonis formicas edens, Umbulu Piſo. l. VI. c. 4.

63 Calcei virginis Muſcoviticæ.

64 Lacerta Indica, vulgo Leguan, dicta. Bont. l. V. c. 14.

65 Armadillæ ſive Tatu binæ ſpecies. Marckgr. l. 6. c. 8.

66 Pharetra Nigritarum ex corio ſeu pelle confecta, ſagittis excipiendis deſtinata.

67 Tuba Japonenſium.

68 Conchæ Indicæ Majores, Chancos dictæ.

69 Vulpes Indicus.

70 Serpens Indiæ Occidentalis gradiendo cauda, crepitans, Boicininga. Piſon. l. 3. Boicinininga. Boitininga. Boiquira. Braſilienſ. Ayug. Tapuyis caſca vela Luſit. Marckg. l. VI. c. 14.

71 Ova Struthiocameli. Willugb. p. 104.

72 Draco factitius.

73 Cutis putatitia Virginis marinæ.

74 Cutis alcis portio.

75 Lupus marinus.

76 Cutis lacertæ cujuſdam generis ſ. Crocodili terreſtris Bonti. l. V. c. 4. Leguan Luſit. Talaghoja Zinghal.

77 Hippopothamus ex bonæ ſpei Promontorio. Fab. Column. obſ. Aquat. & Terreſt. c. 15. Donum Ampliſſimi Conſulis D. Brouwer.

78 Folium Palmæ Indicæ nuciferæ, Zingha-

ghalenſibus Tala ſ. Talapeta dictæ, quo Indi utuntur loco umbraculi.

79 Dens Elephantis.

80 Lacertus Indicus ſquamoſus, qui Talparum more terram evertit, & non niſi formicis veſcitur. Cluſ. auct. l. v. c. 21. Diabolus de Tajoan. Bont. l. v. c. 8. Luſit. Bidſcho vergoniozo, id eſt Animal verecundum ſ. pudibundum.

81 Fructus repens novi orbis Cipo dictus.

82 Caſſia fiſtula major & minor. Conna. Hort. Malab. Tom. 1. p. 22.

83 Cochlearia quibus Nigritæ vinum Palmites mundant.

84 Nummus Africanus Regionis Acheræ.

85 Pellis Trigridis Bont. l. v. c. 2.

86 Os auditus Elephantis.

87 Inſtrumentum Bellicum Braſilianum.

88 Caligæ cum calceis, ex Regno Iapan.

89 Caput piſcis naſo aquam in altum elevans.

90 Palatium Muſcoviticum ex ſolis trabibus conjunctis conſtans.

91 Lingua Serpentis Indici maximi.

92 Cucurbitæ peregrinæ.

93 Rhinoceros juvenculus. Bont. l. v. c. 1. Donum Ampliſſ. D. Director. Ind. Orient.

94 Halex mirabilis.

95 Serpentum Braſilienſium variæ exuviæ. Dona Celeberrimi Piſonis.

96 Fructus novi orbis Pindoras dictus.
97 Silurus Æliani Geſneri. Glanis Ariſtotelis. Schonf. Ichthyol. pag. 69.
98 Ova teſtudinum.
99 Pes canis marini ex Gronlandia.
100 Fructus Pini peregrinæ.
101 Fructus exoticus continens nucleum fluctuantem.
102 Delphinus. Bont. l. v. c. 9.
103 Navicula ex corio confecta, ex freto Davidis. Donum D. Doude.
104 Anas Scotica, quam in Arboribus naſci fabulantur.
105 Caput Leonis marini ſ. Walrus.
106 Nartæ Finnorum, quibus baculo oblongo cum cuſpide ſuffulti celeriter per nives iter conficiunt. Wurm. Muſ. p. 373.
107 Genitalia Balænarum.
108 Vulpes Indica Jackhals dicta. Hotambæja. Zinghal.
109 Teſtudinum Indicarum variæ ſpecies.
110 Tamandua major. formicas edens.
111 Navicula Indica.
112 Piſcis Indicus Pagæi dictus.
113 Nux palmæ Indicæ. Cocos. Hot. Malab. Tom. 1. p. 1.
114 Fructus Braſilienſis Zapucajo dictus. Bont. l iv. c. 13.
115 Os gigantis.
116 Os hominis.

117 Caput Lupi.

118 Nummus Papyraceus, obsidionis Leidensis.

119 Flabellum Indicum, quo Indi utuntur ad ventulum faciendum. ex folio juniori palmæ nuciferæ Talaghæ dictæ confectum. Vide Clusii Exot. l. IV. c. 13.

120 Arundinis Japonicæ radices. Donum D. Adriani Schepers.

121 Cutis canis Sylvestris.

122 Sceleton humanum.

Theca, in quâ asservantur variæ aves indigenæ & Exoticæ, aliaque rariora.

1. HIstrix Brasiliana Cuandu dicta. Ouriço cachiero. Lusit. vid. Markg. l. VI. c. 9. Bont. l. V. c. 2.

2 Quati mundi ex Brasilia.

3 Viverra Indica. Quil & Quirpele dicta. Garz. ab Ort. Arom. Hist. lib. 1. c. 44. Animal Serpentium omnibus generibus inimicissimum, cum quibus præliatur, nec eos dimittit, donec occiderit.

4 Sciurus Zeylanicus pilis in dorso nigricantibus, Rukka ja dictus.

5 Idem pilis in dorso griseis.

6 Felis Sylvestris Zeylanica Zibethica. Animal Zibethicum mas Fab. Colum. Joh. Fabr. animad. in Rech. p. 580.

7 Cercopithecus Brasilienſis. Marckgr. lib. VI. c. 5.

8 Simia alba, seu in canis pilis, barbâ nigrâ promissâ ex Zeylona. Elawanduru. Zeylonens.

9 Serpens Indicus coronatus, diademate s. conspicillo insignitus, Lusitanis Cobras de Capello dictus. de quo vid Garz. ab Ort: l. e. c. 44.

10 Chamæleon Hispanicus. Wurm. Mus. p. 315.

11 Crododilus terrestris ex Ægypto.

12 Echinus terrestris. Wurm. Mus. p. 334.

13 Sciurus Europæus. Gasn. Aldrov.

14 Canis domestici singularis species ex utero excisi.

15 Pullus Gallinaceus monstrosus quaternûm pedum, totidemque alarum.

16 Procellus marinus Zeylanicus, undique miniatis lineolis notatus.

17 Pisciculus Cornutus. Ican Setang dictus Bont. lib. 1. c. 26.

18 Psittacus maximus alter Aldrov. Willugb. Ornithol p 73 Cockatoon.

19 Idem diversicolor Macao dictus. Willugb. Ornithol. p. 73.

20 Psittacus viridis alarum costâ suprenâ rubente. Aldrov. Willugb. Ornithol. p. 74.

21 Larus maximus ex albo & cinereo varius Willugb. p. 262.

22 Idem minor ex albo & nigro varius.

23 Larus cinereus minimus.

24 Mer-

24 Mergus cirratus fuscus. Serula. Anas longi rostra Gesn. Aldrov. Willugb. p. 255.
25 Larus griseus major, Ganetta Cornubiensium. Willugb. p. 265.
26 Anas platyrynchos Aldrov. Clangula Gesn. Quattro occlty. Willugb. p. 282.
27 Recurvi rostra. Avosetta Italorum. Willugb. p. 240.
28 Guaranna Brasilienſium Marckgr. Rusticula aquatica Brasilienſis. Willugb. p. 215.
29 Ardea cinerea major. Willugb. p. 203.
30 Otus ſive Noctua aurita. Willugb. p. 64.
31 Ulula Aldrov. Gesn. Willugb. ibid.
32 Falco Gentilis ſ. Nobilis dictus. Willugb. p. 46.
33. Accipiter. Palumbarius. Willugb. p. 51.
34 Milvus vulgaris, caudâ forcipatâ. Willugb. p. 46.
35 Falco Germanicus. Aldrov. Willugb. p 46.
36 Corvus. Willugb. p. 82.
37 Cornix cinerea. Willugb. ibid.
38 Gallina Africana. Willugb. Tab. 27.
39 Avicularum variæ ſpecies v. g. Turdus. Alauda. Merula. Luſcinia. Ruticilla. Motacilla. Rubecula. Rubicilla. Carduelis. Halcyon. &c.
40 Perdicum variæ ſpecies.
41 Manucodiata. Wurm. Muſ. p. 294.
42 Nidus hirundinum Bont. l. v. c. 13. quem

ex

ex ſpuma maris collectum in Regno Cormandel & Malabar ſcopulis affigunt aviculæ, quique in juſculo ſolutus apud Sinenſes habetur in deliciis.

43 Portio radicis Arboris Cinamomi, ex qua Camphora.

44 Patera ex Cinamomo.

45 Libellus Medicus linguâ Zinghalenſi conſcriptus.

46 Calendarium Chinenſe.

47 Calceamenta Lapponica.

48 Calceamenta Malabarica, quibus Magnates utuntur.

JAM DE ANATOMIA : quæ quoniam TOT RARIS CIMELIIS TAM VETUSTIS QUAM NEOTERICIS REFERTA EST, UT QUIDQUID RARUM VIDET TUM ORIENS TUM ETIAM OCCIDENS IN SINU SUO COMPLECTITUR, tui gratia Candide lector, non catalogum ſolum eorum, ſed & inſcriptiones ad parietes quas notavi Præcipuas, & illuſtrationes ad ſingulas Daphulas maximi momenti, (contemplatione tua ſane digniſſimas) multo labore, quamvis & delicio, collectas, typis commiſi: Hanc igitur methodum obſervare decrevi: primò Inſcriptiones, & poſtea ipſa Cimelia cum Illuſtrationibus eorundem tibi tradere.

Inſcriptiones vel in aditu ad Theatrum, vel in ambitu ejus, ſunt legendæ, eoque vel inferiori vel Superiori.

IN

IN ADITU AD THEATRUM.

Ο ΘΕΟΣ.

Dum nigris ægrum prope mors circumvolat alis,
Funeſtamque aciem jam fera jamque parat,
Tum mi promiſſis beat & domus omnis adorat,
Tum vocat immenſum me venerata Deum.

ἅπαν θεὸν χειρ.

Paulum ubi convaluit, Paulum de Numine noſtro
Ceſſit, & in noſtris auribus iſta ſonant:
Tu cœlo nobis demiſſus es Angelus alto,
Præmia quæ veſtri & quanta laboris erunt?

ἰατρὸς πολλῶν ἀνταξιος ἀλλων.

Jamque Machaonia magis & magis arte levatus,
Cum ſedet ante focum progrediturve Tripes,
O homo non fruſtra tantos ſubiiſſe labores
Noſces, quod reſtat tu modo tolle malum.

τρὶς τε καὶ πάλιν ἀντισώστρων.

Aſt ego ſi penitus jam ſanum præmia poſcam
Ille deus pridem mox Cacodæmon ero.
Cautior exemplo tundum dolet accipe noſtro,
Qui medicæ exerces gnaviter artis opus.

JO-

JOHANNES VAN HORN ANATOMIÆ PROFESSOR LECTORI. S:

Inter tot tantaque rara ex omni fere orbis parte petita CIMELIA quibus ANATOMICUM THEATRUM exornare voluerunt VIRI GENERE ILLUSTRES LONGINQUIS PEREGRINATIONIBUS, ET LITERARUM STUDIIS, PRÆCLARI, non infimum locum merentur quæ nuperrime eodem loci repoſita ſunt NOBILISS. D. D. LUDOVICI DE BILS TOPARCHÆ IN COPPENSDAMNE BONEM &c. Donaria tanto pluris æſtimanda, quanto & ſua magis ſunt, & THEATRI NOSTRI PROPRIA; cum enim alii piſces, volatilia, quadrupedes ſimiliaque exotica Monumento Poſteritati reliquerint, Hic affabre propria manu conſtructa Sceleta, liberali dono Reipub. Medicæ commodis obtulit: in quibus ſane admirari ſatis nequeat aliquis GENEROSI VIRI (cujus tibi hic inſignia exhibita ſunt) tum induſtriam tum indefeſſum ſtudium atque cupidiſſimum corporis humani Structuram cognoſcendi animum; utiliſſimum mortalitatis ſuæ conſciis ſpectaculum. Quibus quid magè proprium magiſque huc Theatro neceſſarium eſt ſceletis? Præſertim cum quæ extant vel vetuſtate ſunt collapſa vel otioſorum manibus mutilata.

Sed

Sed fidem superat omnem exsiccatum hominis cadaver recenti imbutum diceres tanto Theatro Dignissimum opus: at vero singula propius inspicienti & considerantiattentius, quanto cum pecuniæ & temporis dispendio, addo & molestiis comparata su , & quam bellè exornata hæc omnia non jam admirationem sed stuporem pariunt.

SUNT AUTEM NOB. VIRI HÆC SPECIATIM DONARIA.

I. Exsiccata hominis cutis, ad humanam redacta figuram, capitis, barbæ, oculorumque pilis conspicua. II. Sceleta humana tria affabrè elaborata. III. Sceleton Bovis, Equi, Asini, Canis Venatici, Porci, Arietis, Simiæ, Infantis. IV. Abortus in Sceleton redactus. V. Caput Hippopotami, Leonis, Lupi. VI. Cranium hominis in quo insignis est, utraque tabula, ut & aliud cranium in poculi formam elaboratum. Quæ omnia & singula pro majori ANATOMICI THEATRI ACAD. LUGD. BAT. ORNAMENTO, ibidem loci reposuit Cal. Maji Anni 1651.

THEUS ERGO LECTOR ET SPECTATOR,

ΦΙΛΙΑΤΡΕ NOBILISSIMO VIRO,

CONDIGNAS LAUDES GRATO ANIMI REPENDE.

IN

IN AMBITU THEATRI INFERIORI.

Ut tibi mors fœlix contingat, vivere discе.
Ut fœlix possis vivere, disce mori.

ANNO 1619.

Est verè putris Mortalis homuncio vermis.
Cujus vita cito cedit abitque pede.
Æthereas genitrix quem flens effundit in auras
Principium à lachrymis qui capit ipse suum,
Tristia qui longo traducit tempora luctu
Tempora diversis undiquè plena malis.
Attento quæ si perpendas pectore lector,
Sic vives ut sit mox tibi dulce mori.

C. Schlangus.

Sanguis ad omne volup' nos ferri cogit agiq;
Quodque bonum non est esse putare bonum.
Vis Choleræ furibunda jubet per fasque nefasque,
Arma capi, memores nec finit esse sui.
Atra animæque animique lues aterrima bilis,
Sæpe premit vires ingenii & genii.
At qui in innatis undis natura redundat,
Ut paucis dicam plurima, piscis homo est.

In

In Tab. lignea inferius in ambitu hæc carmina legenda.

JOHANNES BARRA D.D.

HAud bella, Martis horrida
Videbis hac Imagine:
Cupidinis nec candide
Lector tuo nunc lumine
Technas; vel almæ Cypriæ
Flammas iocoſque ludicros;
Aſt tela mortis invidæ.
Chriſte Redemptor omnium,
Fave canenti Spicula,
Lethi, daturi tranſitum
Ex Hac labori obnoxiâ
Vitâ ad quietem candidam.
Quis ſeculo Mortalium
Hoc perdito producere
Optet ſuam cum peſſimis
Vitam brevem diutius?
Ubi refrixit Charitas;
Terris in omnibus latens
Diſcordia; Hinc periculum
Adfert piis: hinc furripit
Blandam quietem, tollit &
Necat: ferox crudelitas
Commota vaſtat, obruit

IN AMBITU THEATRI INFERIORI.

Ut tibi mors fœlix contingat, vivere discе.
Ut fœlix possis vivere, discе mori.

ANNO 1619.

Est verè putris Mortalis homuncio vermis.
Cujus vita cito cedit abitque pede.
Æthereas genitrix quem flens effundit in auras
Principium à lachrymis qui capit ipse suum,
Tristia qui longo traducit tempora luctu
Tempora diversis undiquè plena malis.
Attento quæ si perpendas pectore lector,
Sic vives ut sit mox tibi dulce mori.

C. Schanguus.

Sanguis ad omne volup' nos ferri cogit agiq;
Quodque bonum non est esse putare bonum.
Vis Choleræ furibunda jubet per fasque nefasque,
Arma capi, memores nec sinit esse sui.
Atra animæque animique lues aterrima bilis,
Sæpe premit vires ingenii & genii.
At qui in innatis undis natura redundat,
Ut paucis dicam plurima, piscis homo est.

In Tab. lignea inferius in ambitu hæc carmina legenda.

JOHANNES BARRA D.D.

HAud bella, Martis horrida
Videbis hac Imagine:
Cupidinis nec candidè
Lector tuo nunc lumine
Technas; vel almæ Cypriæ
Flammas iocoſque ludicros;
Aſt tela mortis invidæ.
Chriſte Redemptor omnium,
Fave canenti Spicula,
Lethi, daturi tranſitum
Ex Hac labori obnoxiâ
Vitâ ad quietem candidam.
Quis ſeculo Mortalium
Hoc perdito producere
Optet ſuam cum peſſimis
Vitam brevem diutius?
Ubi refrixit Charitas;
Terris in omnibus latens
Diſcordia; Hinc periculum
Adfert piis: hinc ſurripit
Blandam quietem, tollit &
Necat: ferox crudelitas
Commota vaſtat, obruit

Urbes, & omnes ineolas
Matres ſua orbæ pignora
Flent, & viros miſerrime
In cæde victos vulnere.
Prædo nefandus irruit,
Et ſævit in terris eheu!
Frangit rapit nil parcitur.
Pirata Sævus æquora
Undoſa vaſtat navibus.
Nunc Nundinator ceſſat, &
Nil efficit cum copiis.
Hinc ſæva Paupertas facit
Artes viros extundere:
Quibus ſibi victum & ſuis
Quærant, ne fame ſtygios
Lacus petant & inferos.

OMNIBUS CALCANDA EST VIA LETHI.

Hæc animo ſiquis volvat, ſervetque tenaci,
Quis cupiat vitam longius exigere?
Et fac velle: tamen nulli protendere fila
Fas eſt, quæ lacheſis forfice ſæva ſecat.
Non Parcas homines, non cæli Numina flectunt:
Lanigeræ rigidæ ſtant adamante magis.
Eſt his a Superis conceſſa potentia tanta,
Ut ſternant ſævâ cuncta creata manu.
Infantes rapiunt teneros Diſcrimine nullo
Tartareum Juvenes cogit adire lacum.
Et vaſtis Reges populis, Regniſque ſuperbos;
Et

Et pariter doctos ad ſua buſta trahit.
Divitiæ Cræſum nequeunt defendere ſtructæ,
Hectora non Robur, non Ithacum ingenium
Pulchrior aut Paphiâ dum ſperat vivere longe,
Atropos abſolvit mox ſua penſa Colo.
Quid dites doctos tandem memoraſſe juvabit?
Atropos hic gaudet ſæva Colo vacuâ.
Denique mors manet hos omnes, omneſque vocamur,
Quos vehet ad ſtygias cymba Charontis aquas.

STATIUS Lib. II. Sylvarum.

Omnia functa
Aut moritura vides, obeunt nocteſque dieſque
Aſtraque, nec ſolidis prodeſt ſua machina terris.
Nam populos (mortale genus) plebiſque caducæ
Quis fleat interitus? hos bella, hos æquora poſcunt,
His amor exitium eſt: furor his & ſæva Cupido.
Ut Sileam morbos; Hos ora rigentia brumæ.
Illos implacido lethalis Seirius igni.
Hos manet imbrifero pallens Autumnus Hiatu.
Quicquid habent ortus finem timet, ibimus omnes,
Ibimus, immenſis urnam quatit Eacus umbris.

Seneca Epiſt. C. II.

INtrepidus Horam illam Decretoriam proſpice, non eſt animo ſuprema ſed corpori; quicquid circa te jacet rerum, tanquam hoſpitalis loci Sarcinas Specta. Tranſeundum eſt, excutit redeuntem natura ſicut intrantem. Non licet plus efferre quam intuleris.

Idem Epiſtola XCI.

Æquat omnes cinis. impares naſcimur morimur pares.

THEATRI ANATOMICI ACADEMIÆ LUGDUNO BATAVÆ DELINEATIO.

IN THEATRUM ANATOMICUM
QUOD EST LUGDUNI IN BATAVIS
SECANTE ET PERORANTE
V. C. PETRO PAVIO MED.
BOTANICO ET ANATOMICO
PRÆSTANTISSIMO.

Quo tam denſa COHORS APOLLINARIS,
Hinc vulgum cubitis & inde trudens?
Quo frequentia tanta? quo virorum,
Quo manus Invenum? viator Hæres,
Mirariſque ſuum perire nomen
LUGDUNENSIBUS (inſolens) plateis,
Calcem calce premente? Quid futurum
Adveſtæ

Adveſtæ (ſiquidem Huc vocantur omnes)
Speras mirio? non Tumore tanto,
Non tanto agmine Pulvis eruditus,
Aut ARITHMETICÆ triumphus artis,
Ipſi denique non libri petuntur,
Turbam BIBLIOTHECA quum recuſet,
Et MATHEMATICUS procul repellat.
Credis forſitan Hos adire ludos,
Agyrtaſque ſequi Crumenimulgas.
Fugit te ratio. nihil Jocorum eſt.
Non Anglus ſale pruriente tinctus,
Non Philiſtio non Gelaſianus,
Laceſſit Sybariticos Cachinnos:
Non mollis Cytharædus aut choraules,
Projecti neque ſannio pudoris:
Non hic Geſticulator, hiſtriove
Laudari cupit à loquente dextra;
Non mechanicus exſilit petauro,
Non fracta vocat hos magiſter aure,
Non minax gladiator aut laniſta,
Extenti neque funis ambulator,
Tantos denique concitat tumultus.
Quo ſutor modo ſubula relicta,
Quo lecti Dominus pediculoſi,
Quo vicinia tota, quoque Treſſis
Textor confluit, hinc, & inde fullo;
Non hæc ſordida turba fæxque vulgi,
Ad Pavi ſtomachum facit: nec illos
Tam ſtultos populos, rudeſque quærit,
Illudat quibus auferatque mentem.
Cordatos amat, expetitque terſas

Aures, non modo Barbaras Avorum,
Aut noſtrorum hominum ferociorum,
DOCTÆ PAVIUS ARBITER CORONÆ.
Quem pleno puto cernis in THEATRO
Tot Chirurgica vulnerariorum
Ferramenta manu levi rotantem;
Siphoneis, cyathoſque, Turbinata
Specilla, & dipyrena, forcipeſque,
Volſellaſque, Spathaſque, Lingulaſque.
Dum ſpectas ſceletos, novaſque larvas,
Mira arte ingenioque copulatas,
Aptis articulisque vertebriſque,
Et ſymplegmate mobiles aeno,
Quid pedem retrahis quid extimeſcis
Ceu maneis videas Domumque DITIS?
Hæc RESPUBLICA, ſed puſilla PAVI.
Hic regnat BATAVI DECUS LYCÆI
Regnandi vetus & vetus docendi.

Hic tres lineæ abraſæ ſunt.

Hic hic diſce mori viator,
Noſſe ante omnia, diſce, diſce, quid ſis.
Quam res lubrica vita tota noſtra eſt!
Quid ſperas homo vane quidve ſpiras,
Quidve altum ſapis? ecce! qua Mephiti,
Et quo ſis Barathro ex olente natus.
Hæc partu mulier necata multo,
Cujus PAVIUS intimos receſſus
Raro (JUPITER) explicat lepore,
Teſtis ſat locuples. Quid! anne neſcis
Te cœco latitaſſe ventris antro,

No-

Novem menſibus abditum inter alvi
Urinas foriasque fœculentas?
Ut ut riſerit & tuæ parenti
ILITHYA favens, Deique nixi:
Ut te ſuſtulerit LEVANA terris,
Admovitque foventibus papillis;
Flebis quantus eris, miſelle, flebis.
Fletus auſpicium, tenorque vitæ,
Fletus finis erit, graviſque ſomnus.
I nunc tolle animos, inanibuſque
Plenus ſpebus in ambitu ſeneſce:
FASCES PRÆDIA REGNA Concupiſce,
Ipſis REGIBUS invide CURULEIS.
Poſtquam hæc omnia feceris, relinques
FASCES, PRÆDIA, REGNA, nilque præter
Urnam & marmora pauca te ſequetur.
Quod ſi diſſimulas agiſque Mimum,
Si tinctis Senium tegis capillis,
Atque a Pyxide Capſulaque pendes,
Ne te fallere poſſe crede mortem;
Per meudacia mille. perque fraudes
Hæc te proſubiget, tuoque demet
Perſonam capiti. nihilque fies,
Qui comptis modo crinibus nitebas.
Hei! quam gaudia vana quam caduca!
Hei! quam ſolſtitialis herba vita eſt!
Quid multis moror? aſſide viator.
Priſca & pluria Doctus ille VARRO,
MAGNUS SCALIGER hic ſedendo diſcit.
Diſcit DOUSIADESQUE, LIPSIUSQUE,
Quos hic ad podium vides, ſed illis

Conjunctos alios vides, viator:
HEROES PUTA GENTIUM MINORUM
Permixtos populis nec exprobratur,
Aut res invidiæ est calumniæve,
Si fors hic Aquilasque, Noctuasque,
Jungat linea; namque disputare
De loco, aut trepidare inusitatum est.
Nempe his deliriis ineptiisque
Se viles animæ in scholis fatigant.
PAVI (credite posteri) THEATRUM
Æquales facit accipitve cunctos.
Tu quem perculit ista vox Theatri,
Et frontem caperas, trahisque vultum,
An me prisca loqui Theatra censes?
Non hæc cura tuum coquit POETAM,
Non in suppliciis mihi voluptas,
Non in sanguine cædibusque vivo.
O urbs grata, mihique amata multum,
Et septemgemino superba Colle,
Non istam tibi noxiam remitto:
Nec laudem pietatis hinc feretis
Vos, O JUNIADÆ, quod edidistis
Primi munera Civibus Latinis:
Et quanquam inferias patri dedistis,
Detestor scelus exsecroque tantum.
Quid BRUTO stygia palude merso,
Et pallentibus addito Catervis,
Prodest hæc laniena funeralis?
Quæ solatia manibus sepultis
Fuso è sanquine, quæ (pudor) voluptas?
Annum lugeat urbs suum parentem;

In pulla ſedeat toga SENATUS,
MATRONÆQUE puellulæque Caſtæ
Leſſis pectora Næniiſque rumpant;
Vitent omnia læta, publicoque
Vacent Juſtitio: focum perennem
Ne curet populus ſatis ſuperque eſt.
Quid ſicas gladioſque ventilatis?
Veſtrum hoc, JUNIADÆ probare factum,
Vix SCYTHÆ poterunt vagique MOSCHI.
Ne me hæc munera cruda, ne cruenta
Arenæ, Caveæque ſævientis;
Ne diras ſine miſſione pugnas,
Ne THRECES proprio cruore merſos,
Aut ſpectacula Buſtuariorum,
Saturno puta ſacra, ſacra Marti,
Unco & ignibus expianda multis,
(Quæ CÆSAR vetuit, bonuſque CENSOR
Cum damno pietatis eſſe dixit)
Hic laudare putes. Silete nattæ,
Non ſpectacula fructuoſiora
Promiſit populo deditve quiſquam.
Non NEPTUNUS in his VENUSVE ſacris
Quicquam vendicat, HERCULESVE: nullus
SUMMANO locus eſt. HYGIEIA PRÆSES
Hæc uni ſibi tota conſecravit.
Quid THEATRICA, ROMA vis videri?
Albis gratia nulla nunc lacernis,
Nativo puta flore deſtitutis:
Veſtes ſanguine ROMA Decolores,
Et Rubentia Munerariorum,
(SATURNO licet invidente) pone,

Pone pallia: coccinata non sunt,
Non è murice lætiore fulgent.
Pone Lurida, pone Barbarorum
Certa hæc Symbola viscerationum.
Illa illa edita pluribus THEATRIS
Sunt spectacula mortis, Hæc salutis.

SCRIBEBAM P. SCHRIVERIUS

Anno CIↃ. IↃ. CXV.

MEMORIÆ. S.
AMPLISSIMIS PRUDENTISSIMIS FORTISSIMIS VIRIS
D.D.CONSULIBUS. PRÆTORI, JUDICIBUS SE LECTIS INCLYTÆ URBIS.
LUGDUNO BATAVÆ,
ATTIUM, LITERARUM, ET DISCIPLINARUM HUMANARUM
HOSPITIBUS AC MÆCENATIBUS HANC CE-THEATRI
ANATOMICI DELINEATIONEM M. ET G.A. MONUMENTUM CONSECRABAT

PE RUSPAAW, AMSTELDAMENSIS.

ENCOMIASTICA QUÆDAM THEATRI EGREGIA, AD PARIETEM IN AMBITU EJUS SUSPENSA.

IN

IN THEATRUM ANATOMICUM LUGD. BATAV.

Mitte probro *Civi* ſuſpendia vertere noſtro,
Omne malum finis pulchra coronat opus;
Cæſareum ſit ſtando mori, generoſior ille
Cæſare; qui ſua poſt funera ſtare poteſt.

CONSTANTER.

IN THEATRUM ANATOMICUM LUGD. BATAV.

Advena, qui *Batavas* ſpectatum veneris oras,
Huc age, quæ ſtupeas inclyta *Leyda* dabit.
Hic ubi Legiferam *Cererem* comitatur *Oſiris*,
Iſidos Argolicæ ſuſpice ſigna Deæ:
Fruſta Deûm fragilis *Fortunæ* idola profana,
Urnam, quæ cineres relligioſa notet.
Lampada, ad humanos quæ non pervenerit uſus,
Cui magis in cultu, cui magis apta Deûm!
Vixerit æternæ tantum ſe paſta lucernæ
Flammula, an inviſæ larva ſit illa rei?

Quâ

Quâ lacerarit acu. qualem cui *Fibula* veſtem.
Vinxerit, unde ſagum ſtrinxerit, unde togam:
Divitiis *Ægypti* pretioſa cadavera, lata
Finibus *Eois*, invidioſa Diis:
Singula noſſe juvet, tamen his & inania rerum,
Et maris, & terræ viſcera poſthabeas;
Erudit incautum te vox facunda CRAMERI,
Et claram ambiguo præſtat ubique facem.
Sic ſæcli penetrare ſinûs, & viſcera veri,
Sic poteris *Româ* prodigiore frui.

CORN. à MAERSCHE.

CATALOGUS CIMELIORUM IN ANATOMIA LEIDENSI REPOSITORUM CUM ANNOTATIONIBUS ET ILLUSTRATIONIBUS AD RARISSIMA QUÆQUE EORUNDEM EXPLICANDA INSERVIENTIBUS.

SECUNDUM ORDINEM LOCORUM ET THECARUM IN QUEM A VIRO DOCTISSIMO ET DILIGENTISSIMO H. CRAMERO AD FACILIOREM CONSPECTUM SUNT DISPOSITA.

Hæc

Hæc in ipſo aditu ſpectanda.

1 Caput Elephantis, donum *D. Sopii.*
2 Caput Alcis, donarium *D. Jobi Paludani.*
3 Exuviæ Capitis Rhinocerotis cui cornu adhæret.
4 Tergora cum ramoſis cornubus albi Cervi.
5 Crocodilus.
6 Pedes quatuor Elephantis, donarium *Juſti Heurnii.*
7 Tela quædam Indorum.
8 Tuba ex arborum corticibus Muſcovitarum.
9 Arcus Muſcoviticus.
10 Exuviæ animalis ex Braſilia dicti *Tamandua Pepa*, donum *Principis Mauritii.*
11 Roſtrum piſcis ignoti, ex Braſilia, donarium *D. G. Piſonis.*
12 Par Ocrearum Polonicarum.
13 Tergora Pantheræ.
14 Bracca Lapporum veſtitus.
15 Setoſum ſuis tergus ex Braſilia, donum *Principis Mauritii.*
16 Cutis ignavi.
17 Cornu bovis peregrini.
18 Cuculla Monachi Muſcovitici.
19 Cythara qua modulantur Coſakki levis arma-

armaturæ milites.

20 Induſium & campeſtre Muſcovitarum.

21 Grallæ ſive ſoleæ quibus ex altiſſimis montibus nive obſitis Norwegi, Lappi, Finni precipiti via decurrunt, donum *Arnoldi Wilhelmi.*

22 Caput Elephantis, donum Dn. *Adriani Pauw.*

23 Sceleton canis.

24 Navicula ex corio huc advecta ex freto Davidis.

25 Sceleton Plateæ.

26 Ardea.

Os hoc eſt latum 8 pedes.

27 Os occipitis magnæ Balænæ, donarium Dn. *Adriani Pauw*,

28 Os ex naſo Balænæ.

Sceletou hoc longum eſt 23 pedes.

29 Sceleton Balænæ ex matris utero cæſæ.

30 Corium equi marini, donum *Prncipis Mauritii.*

Superius in Anatomia.

1 Dentes Balenæ.

2 Roſtrum piſcis ſerratis dentibus.

3 Sceleton Urſi.

Hæc circa Theatrum in circulo diſpoſita.

4 Sceleton bovis.

5 Sceleton Lupi.

6 Sceleton ſimiæ,

7 Sce-

7 Sceleton asini sustinens fœminam, quæ filiæ suæ infantem interemit, donum Dn. *De Bils.*
8 Sceleton felis.
9 Sceleton fæminæ septendecim annorum, quæ natum occidit.
10 Sceleton porci, donum Dn. *De Bils.*
11 Sceleton Simiæ.
12 Sceleton hirci, donum Dn. *De Bils.*
13 Sceleton ursi.
14 Sceleton cervi.
15 Sceleton ignavi, donum *Pisonis.*
16 Sceleton Leporis Marini piscis mucosi, mucum etiam ore mittentis.
17 Sceleton furis, abactoris ovium.
18 Sceleron equi.
19 Sceleton piratæ.
20 Sceleton ovis, donum Dn. *De Bils.*
21 Sceleton hirci castrati.
22 Sceleton Helluonis, genus animalis.
23 Sceleton Cathainæ Hamburgensis ob furtum strangulatæ.
24 Sceleton viri insidentis bovi, qui vaccas abduxerat, donum D. *Bils.*
25 Sceleton Simiæ.
26 Sceleton canis venatici.
27 Sceleton viri qui se ipsum suspendio necavit.
28 Sceleton canis.
29 Sceleton Lutræ sive canis fluviatilis.
30 Sceleton canis venatici.

Hæc

Hæc de trabibus & pariete pendent.

31 Oderimentum magnæ Mumiæ, cui Ceperis effigies inſculpta eſt.
32 Caput Junioris Elephantis.
33 Vorax, ſive Helluo genus animalis.
34 Piſcis marinus incognitus.
35 Echinus marinus.
36 Caput apri.
37 Sceleton Vanelli.
38 Beſtia nomine *Tatou*, donum *Principis Mauritii.*
39 Sceleton Sciuri.
40 Roſtrum piſcis ſerratis dentibus.
41 Caput Phocæ ſive vituli marini.
42 Os ex pudendis Balenæ.
43 Cutis viri in modum alutæ.
44 Inteſtina viri.
45 Tigris ex India Orientali, donum *Petri Carpentier.*
46 Effigies ruſtici Prutheni, qui deglutierat cultrum 10. latorum digitorum, qui ſtomacho exſciſſus eſt, & vixit poſt factum octo annos, donum *D. Danielis Beckheri.*
47 Acipenſer *vulgo* ſturio.
48 Ignavus, donum *Principis Mauritii.*
49 Duo oſſa cum ſpina dorſi concreta.
50 Domus qualem in Norwegia ædificant ex

ex sola materia sine lapidibus nec interstrato arenato.

51 Barba Junioris balenæ.

52 Septem Vertebræ concretæ cum osse naturalium.

53 Sceleton aquilæ.

54 Rostrum piscis serrati.

55 Sedes ex radice arboris ita nata sponte, è Amboina, donum *D. Petri de Carpentier.*

56 Raja piscis ex Angola.

57 Vesica hominis continens 4. stopas aquæ.

58 Formicas vorans, *Guandut* ex Brasilia, donum *Principis Mauritii.*

59 Panthera.

60 Crocodilus, donarium *Principis Mauritii.*

61 Indusium ex inteſtinis, donum *Mr. Iohannis à Leeuwen.*

62 Quædam Tigrium exuviæ, donum *Principis Mauritii.*

63 Cutis viri instat chartæ Pergamenæ parata. Super cutem hanc viri quam maxime extensam & trabibus affixam altiori Theatri loco literis majusculis sic inscribitur.

ZOROASTER.
O HOMO CONFIDENTISSIMÆ NATURÆ MACHINA.
ANNO 1623. THEATRI HUJUS PRÆSIDE OTHONE HEURNIO.

64 Sceleton melis.
65 Instrumentum Chirurgicum *Glossocomium* dictum.
66 Ingens cancer ex India orientali.
67 Zibethus, Donum *Dn. Mr. Theodori Gool.*
68 Canis marinus.
69 Cutis Canis ex India orientali.
70 Exuviæ magnæ serpentis.
71 Intestina & stomachus hominis.
72 Tygris ex India Orientali.
73 Cutis fæminæ.
74 Magna serpens de qua pendent Stomachi hominis & porci.
75 Besta dicta *Tatou*, donarium *Principis Mauritii.*
76 Arma ex regno Chinensum.
77 Gladius ingens falcatus ex regno Turcico.
78 Ossa quædam humana concreta.
79 Naturalia Balenæ.
80 Caput Gladii piscis infensissimi balænis, donum *D. S. Bloemaart.*
81 Sceleton cuniculi.
82 Vitulus Marinus
83 Sturnus Marinus.
84 Echinus Marinus.
85 Orbis piscis. cantharum capace alvo referens.
86 Sceleton cuniculi
87 Sceleton apri.
88 Sceleton Cygni.

89 Sce-

89 Scelton Galli.
90 Sceleton Columbæ.
91 Clypeus ex testa testudinis, donum *Johannis ab Ilpendam.*
92 Ignotum genus quadrupedis animalculi.
63 Sceleton Columbæ.
94 Quinque Carmina Chinensium, donarium *D. P. de Carpentier.*
95 Tergora duo equina ejusdem gentis.
96 Cauda Balænæ.
97 Cutis recens nati infantis.
98 Piscis Ignotus Marinus.
99 Ursa, donum *D. Danielis Beckheri.*
100 Galeus levis, piscis genus nocens.
101 Stomachus & intestina hominis.
102 Exuviæ serpentis.
103 Civitas in China à Chinensibus depicta, don. *D. P. de Carpentier.*

In Cellula.

104 Gallus nobilis qui sorori vim intulit & simul sustulit, Parisiis gladio percussus publico judicio, donarium *D. de Bils.*
105 Sceleton viri insidentis equo, donarium *D. de Bils.*
106 Caput equi Marini.

Hæc continet theca distincta litera **A.**

Prope Thecam hanc instituta quædam cautionaria ad parietem in Tabula suspenduntur, quæ sequuntur.

SPECTATOR ATTENDE.
VITRA NE VIOLES CAVE.
CLAUSTRIS RESERATIS VENERANDÆ ÆGYPTIACÆ ANTIQUITATIS HOC MONUMENTUM, ANHELITUS HUMECTA VI NE INQUINETUR, MANU NE ATTINGATUR; NAM HIEROGLYPHICA PICTA IN PAPYRO NILOTICA TENUISSIMA, LENI ETIAM CONTACTU IN PULVEREM DIFFLUUNT, ET IPSA MUMIÆ ESSENTIA, OB IMMENSAM VETUSTATEM TANTÆ FRAGILITATIS EST (LICET DURISSIMA SIT) UT ATTRECTATA ARENÆ MODO DIFFLUAT ET INSTAR VITRI UT RUMPATUR.

ALIA QUOQUE, CIMELIA LOCO SUO NE MOVEANTUR, SED THEATRI PRÆSIDE DEMONSTRANTE ORDINE SPECTENTUR.

I MUMIA PRINCIPIS ÆGYPTIACI condita ante mille octingentos annos, donum *D. Davidis de Wilm.*

Hæc inſcriptio ſuper Thecam ſive capſam in qua MUMIA hæc reponitur Notabilis admodum legenda eſt.

VIR EMINENTISSIMUS,
VIRTUTIS NITELA ET DOCTRINÆ EXCELLENTIA CULTISSIMUS,
PER ORIENTEM ET ÆGYPTUM INFERIOREM AC SUPERIOREM, LONGA PEREGRINATIONE FULGENTISSIMUS,
AD ERUDITIONIS ET ABDITÆ ANTIQUITATIS DECUS EXORNANDUM
STUDIOSISSIMUS
DEDICAVIT MONUMENTUM HOC
VENERANDÆ ÆGYPTIACÆ ANTIQUITATIS,
CORPUS HUMANUM INTEGRUM,
MIRANDA ÆGYPTIORUM ARTIFICIOSA
ENCHEIRESI ANTE ANNOS CIↃ. CCC.
ET FORTE CIↃ. CIↃ. CIↃ. CONDITUM,
CONTRA OMNEM PUTREDINIS INJURIAM
AROMATIBUS ET MULTIPLICI LINTEAMINUM INVOLUCRO
MUNITUM ET IN MUMIAM SOLIDATUM,

IN PECTORE HIEROGLYPHICIS NOTIS IN-
SIGNITUM
AC THECÆ LIGNEÆ INCLUSUM,
EX REGIÆ ÆGYPTI MEMPHIS
SIVE CAIRI SEU BABILONIS ÆGYPTIÆ,
SUBURBANIS CONCAMERATIS SUBTERRA-
NEIS PROFUNDIS
LATEBRIS, VIVO SAXO INCISIS;
LOCO ARENOSO ET TOTIUS MUNDI SIC-
CISSIMO,
IN VICINIA PIRAMIDUM
ANCIPITI PERICULO MAGNO SUMPTU
ERUTUM
ET PER NILUM ALEXANDRIAM DEVECTUM
INDEQUE PER VARIOS MARITIMOS CASUS
GRAVI EXPENSA AMSTERODAMUM TRANS-
MISSUM
AD FRATREM SUUM D. PAULUM DE WILLEM,
QUI MAXIMIS QUAS A NATURA HABET
DOTIBUS,
DIUTURNA PER CYPRUM JUDÆAM SYRIAM
CYCLADES ASIAM THRACIAM
VARIASQ; EUROPÆ ORAS PEREGRINATIONE,
EGREGIAM MULTI JUGARUM RERUM
EXPERIENTIAM CIRCUMDEDIT,
ET AB IPSO EX FRATRIS SUI VOLUNTATE
HUC EST DESTINATUM AC
THEATRI ANATOMICI
CELCISSIMORUM ET POTENTISSIMORUM.
HOL-

HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ ORDINUM
PERPETUO ORNAMENTO CONSECRATUM,
PER MANUS THEATRI PRÆSIDIS
OTHONIS HEURNII ULTRAJECTINI,
MEDICINÆ ANATOMIÆ ET CHIRURGIÆ
PROFESSORIS ORDINARII:
UT HI VIRI, QUI VIRTUTE
ET ERGA ERUDITIONEM CULTURA AC
REVERENTIA
SUNT MAXIMI,
DUM EORUM MUNIFICENTIA IN ANIMIS
HOMINUM PERMANEBIT SEMPITERNA;
APUD POSTERITATEM MAJORES SINT
EXEMPLO.

Anno CIↃ. IↃC. XXI. *Octobris* II.

In faſtigio Capſæ hujus litera A. notatæ, extrinſecus collocatus eſt CIPPUS ISIDIS EFFIGIE INSIGNITUS, ſive Operculum loculi Egyptiaci Mumiam hanc continentis. In ipſa capſa mumia in loculo jacet, eodem modo quo poſt condituram ibidem fuit repoſita (operculo ſolum ſeparato) cum hac inſcriptione.

Loculus feralis quo Mumia repoſita eſt. In hoc loculo ſeu capulo ferali, Mumia eum conderetur repoſita fuit, ideoque à nobis eodem ſitu relicta eſt, ne quid in ANTIQUITATE innovaremus. Operculum autem, ſive CIPPUM ISIDIS EFFIGIE CONSPICUUM, in capſæ faſtigio ut manifeſtius videatur collocavimus.

2 Roſtrum avis Rhenocerotis, donarium *D. Ad. Paeuw.*

PICÆ BRESSILICÆ ROSTRUM CUJUS SUBSTANTIA EST TENUISSIMA INSTAR MEMBRANÆ, SED OSSEA, SPLENDIDA, LEVISSIMA, CAVA, ET AERIS CAPACISSIMA, IDEOQUE CARET NARIBUS PRÆTER RELIQUARUM AVIUM MOREM; NAM PER DIAPHANAM EJUS TENUITATEM AER FACILE INTRARE POTEST, & ſi natura aperti quid ad aëris aditum molita fuiſſet, id extrinſecus fracturæ obnoxium roſtrum reddidiſſet. Quo AUTEM AER UNDIQUE TUM ROSTRUM ALLUERET, TUM PER PALATUM ETIAM PERPETUO IN ID CONFLUERET, EJUS MARGINES SERRATOS CONSTRUXIT VELUT DENTIBUS QUIBUSDAM CRENATOS, NE EXACTE CLAUDI QUEAT. Ut autem roſtrum hoc tantæ longitudinis, & craſſitici commodè ſulciatur, caput pro corporis mole & majuſculum & craſſiuſculum eſt. Color Capiti, Dorſo, alis, niger, pectori aureus ſplendidiſſimus, rubro in principio commiſtus; ventri & femoribus miniaceus, venuſtiſſimus. Cauda nigricat, ſed in extremitate rubro colore inſignita eſt. Ungues validi & incurvi, color roſtri flaveſcit, ſed magis in infima quam ſupina parte. APPELLANT HANC AVEM AMERICÆ INDIGENÆ TOUCHAM, LATINI PICAM BARBARAM, ALII RAMPHA-

PHASTUM, ET AVEM PIPERIVORAM GERMANI PEFFER VOGEL, NAM AVIDISSIME SE PIPERE INGURGITAT, EUMQUE MOX CRUDUM ET INCOCTUM PER ALVUM EJICIT; idque Americanis majori est in pretio, quoniam efferum piperis calorem ita domari asserunt, sicuti commemorat ANDREUS THRUETUS *in Cosmographia. Rostrum avis Rhinocerotis, ita appellatæ ab* ANDROVANDO *lib.* 12. *Ornithologiæ cap.* 20. *quod ad similitudinem quadrupedis ejusdem nominis cornu in fronte ferat.* Avis est rarissima. HESICHIUS ET VARINUS, in ÆTHIOPIA quadrupedem & avem reperiri dicunt quæ Rhinoceros nuncupatur. *Commemorant hanc avem in aëre visam cum Christiani anno* 1571. *ductu* JOHANNIS AUSTRIACI *ad* NAUPACTUM SEU LEPANTUM, *in sinu* CORINTHIACO, *Celeberrima illa navali pugna Turcas superarent, ac in ipso volatu telo confossam, in pugnantium globum decidisse.* Caput ejus erat (ut Historiæ commemorant) prodigiosæ magnitudinis, duorum nimirum propemodum dodrantum, alis nigris & cirris ornatum deorsum prominentibus; rostrum quatuor propemodum dodrantes longum, recurvum, non tamen rapacium more, sed ad arcus figuram quasi lunatam. Inferior pars tota ex luteo albicabat. Supina versus caput, colore erat miniaceo, reliquum subluteo, sicuti in parte inferiore albescebat. Supera pars, ut & inferior, intus

tantum erat ſerrata. Cornu è fronte prodibat, ac ſupinæ roſtri parti adhærebat, magnæ molis, & quod in confinio frontis palmi habebat latitudinem, Rhinocerotis quadrupedis cornu non diſſimile, ſed in fine recurvum; Color in parte ſupera ac infera miniaceus, in media luteus : & hæc diſcriptio per omnia prodigioſo huic noſtro roſtro quadrat. Quod ſi autem capitis magnitudinis reliquæ corporis partes reſpondeant certe juxta CARDANUM ET PLINIUM AQUILA MAJOREM ESSE JUDICABIMUS; nam PLINIUS cap. 49. lib. 10. avem quandam TRAGOPANADAM dici aſſerit, quæ cornubus in temporibus inſigniatur, ferruginei coloris, Aquila majorem, Capite tantum Phœnicis. CARDANUS autem ex autoritate LUD. ROMANI aſſerit JNDICAM quandam eſſe avem rapacem Aquila longe majorem, nigram, purpureamque, intercurſantibus pennis candidis, roſtro fulvo, Phœniceoque colore adeo pulchre diſtincto, ut nihil jucundius ſpectari poſſet; & hanc à LUDOVICO deſcriptam avem, volucrum maximam eſſe exiſtimat JUL. CÆS. SCALIGER exerc. 231. n. 3. coloremque ab ipſo non ſatis expreſſum manifeſtius addit, nimirum ex luteo & rubro ſplendidum. Nec ab hoc roſtro diſcrepat, quod PLINIUS TRAGOPANADÆ ſuæ cornua in plurali numero tribuat; nam quod hic per ſe eſt unicum, id linea nigra in ave quaſi diffindi videtur. Eſt autem

hoc

hoc cornu ſubſtantiæ tenuiſſimæ, intus cavum & inane niſi ubi capiti annectitur : quippe iſtic fungoſa membranacea (inſtar Spongiæ poroſiſſimæ) ſatis ampla exiſtit ſubſtantia, per quam prædictam cavitatem aër quam per roſtrum perpetuo patulum ſorbet, ingredi videtur, idque tum ad odorandum (nam naribus caret præter morem reliquarum avium) tum etiam ut corporis moles maxima caput non deprimat ſed ut id erectum & firmum hujus flaminis beneficio continuatur.

3 Capſula alba cum Linteaminibus Ægyptiis recentibus crudis & dealbatis.
4 Charta Chinenſis alba, donarium *D. Michaëlis Paauw.*
5 Ingens calculus prognatus in renibus puellæ, donum *D. Otto. Heurnii.*
6 Frutex ex Oceano Indiam Orientalem alluente, donum *D. I. Lati.*
7 Sex calculi reperti in Veſica Profeſſoris *Johannis Heurnii.*
8 Peregrinæ avis roſtrum.
9 Vertebræ duæ ex collo Rhinocerotis.

Rhinocerotis vertebra prima Colli, Anatomicis ATLAS nuncupata, longa duos pedes foramen tres Pollices continet in Diametro. Rhinocerotis Vertebra ſecunda Colli, Hippocrati Dens appellata.

10 In-

10 Ingens jaſpis aut Hæmatites ex Arabiâ.
11 Urnula repleta cereviſia Chinenſi.

Urnula hæc repleta eſt Cereviſiâ factâ in regno CHINÆ quæ ſapore repreſentat auſterum vinum HISPANICUM, ipſoque Potentia non eſt inferius. Apparet in hujus urnulæ lutata adornatione ſingularis CHINENSIUM in rebus conſervandis induſtria.

CEREVISIA EX CHINA.

12 Enſis ſalcatus Indicus.
13 Lampas ſepulchralis Romanorum, in qua lumen æternum micuit.

LAMPAS SEU LUCERNA SEPULCHRALIS ROMANORUM VETUSTA IN QUA LUMEN ÆTERNUM CONTENTUM IN SEPULCHRO MICUISSE VIDETUR ex collapſo antiquo monumento eruta in agro LEODIENSI, An. 1612.

14 Vaſa quædam fictilia Romanorum, mille annorum, donarium *D. Dan. Ghiſii.*

VASA SAMIA inventa in ſuburbano agro Urbis NEOMAGENSIS, ubi olim ſtativa habuere HUNNI EX ITALIA reduces.

TERRA SAMIA fictilis cujus, apud Romanos proximum à mirrhinis fuit precium, & uſus in Nobilibus epulis tam in eſculentis quam

quam potulentis Auctor est PLINIUS SAMIA testa MATRIS DEUM Sacerdotes, qui GALLI appellabantur, Virilitatem sibi amputasse, nec aliter citra perniciem si M. CÆLIO credamus; unde NONIUS inquit SAMIARE dicimus, aut vere quod in SAMO hoc genus artis polleat, & Samiata ferramenta idem interpretatur acuta ac mucronata, quia Samia Creta Poliebantur & acuebantur ad nitelam; unde dicebantur Samiarii, qui Samiâ illâ Creta arma spicula & gladios Prætorianorum & satellitum Imperatoris ad nitorem fricabant. Sed ea creta est alba non rubra, ac in globis Samiæ terræ invenitur; etiam aurifabri ad nitorem auro conciliandum utuntur. Sunt in Samo terrarum differentiæ plures. Celebratur veteribus ea quæ Aster cognominatur; quoniam sicuti terra Lemnia signo Capræ, ita hæc Stellæ insigniri in pastillis & vasis solebat, quod in fundo minoris hujus vasis manifeste cernitur. Est autem Samius Aster, terra pinguis, spissa, levis, glutinosa, & gravis, ideoque sanguinem ex quo libet loco prorumpentem ac sputum sanguineum cohibet. Emplastris quæ siccandi causa componuntur admiscetur, testium quoque & mammillarum inflammationes illita ex rosaceo & aqua sedat. Compescit & sudores. Denique, contra venenatorum morsus & exitialia medicamenta pota è vino auxiliatur, inquit Dioscorides Lib. 5. Cap. 172. hujus terræ si magna copia

copia veteribus fuisset, ex ea plura vasa Samia fingi potuissent; sed quia rara, magni pretii olim fuere, & regibus in deliciis: unde Poëta.

Fictilibus cœnasse ferunt AGATHOCLEA regem,
Atque abacum Samio sæpe onerasse luto.

Vasa hæc Donaria virorum Doctissimorum D. DANIELIS CHYSII reverendi verbi Divini apud NEOMAGENSES MINISTRI & D. JACOBI BOUTII.

M. D.

15 Cancer Indicus, donum *D. Joh. Damazii Bossu.*
16 Manus Nereidos, sive Virginis Marinæ, donum PRINCIPIS MAURITII.
17 Fungus qui ante 100. annos ad ripam lacus Harlemensis procreatus, donarium *D. Petri Schriveri.*
18 Pes monstri marini, donum PRINCIPIO MAURITII.
19 Lacerti exuviæ ex Brasilia, donum PRINCIPIS MAURITII.
20 Annulus aureus ex regno Chinæ, donarium *D. Joh. Hoogkamer.*
21 Caput Rhinocerotis.
22 Alæ piscis volatilis.
23 Pellis Indici Sciuri.
24 Forcipatum brachium Cancri ex India.
25 Vitrum continens substantiam, qua Condiri

diri ſolent Mumiæ.

1. Aſphaltum ſive Piſſasphaltum ſeu Bitumen. 2. Aloë. 3. Myrrha. 4. Cinamomum. Nitrum & Cedria adhuc deſiderantur.

26 Caput Tygris, donum PRINCIPIS MURITII.

27 Capot porci nomine *Barbirouſa* ex India Orientali, donum *D. Guilel. Piſonis.*

28 Caput porci fluviatilis ex Braſilia.

29 Pes & manu Mumiæ, donarium *D. Frederici Weſtphalinck.*

30 Fungus lapideum.

31 Item.

32 Lapis Heliotropius.

33 Ungulæ tres & cornu Rhinocerotis.

34 Faba Ægyptiaca.

35 Liber impreſſus Characteribus Chinenſium, donarium *D. Fr. Porſijn.*

36 Ceraunius lapis, donum *Melchior de Moucheron.*

37 Brachium magni Herois Ægyptii faſciis involutum, donum *D. David de Wilm.*

Brachium hoc Heroïs Egyptii in Mumiam conditum fuit ſecundum Normam precioſiſſimam ab Herodoto deſcriptam libro 2.

Hiſtoria Lapidis cujuſdam Mirabilis Oſſifragi dicti, ſive Sabuloſi, in hac Anatomia repoſiti.

Lapis

Lapis ossifragus sive fabulosus, quem Germani *Beinbruch* & *Steinbein* appellant, provenit in Palatinatu locis arenosis, non Procul à Spira, & in Vicinia Heidelbergæ, ac circa Darmstadium in der Berg Stras, & in Silesia quoque in ditione Brandenburgensi. Mirabili ratione hic Lapis nascitur; veris initio, pullulat è terra quasi exigua Brassica Capitata, foliisque cinereis & subnigris sed quæ vix se è terra exerunt. Tunc planta effoditur, ejusque rami deprehenduntur ossei, ac in eorum meditullio pulvis quidam facile in liquorem solubilis ad ossa diffracta conglutinanda præpotens. Invenitur & tertia hujus lapidis species, non arenosæ aut terrestris consistentiæ, sed tenacis ac ossei solidique, odorem ac saporem cornu Monocerotis vulgò dicti gustu subastringente referens: datur medullæ hujus Lapidis sesquidrachma, ex vino rubro meraco, mane & vesperi, dicitque Mathiolus, se quatridui spacio sæpe vidisse ossa diffracta ita conglutinata fuisse; modo exacte alligata essent, & quieta conservarentur, ac locus affectus unguento Geranii ungeretur. Id unguentum hoc pacto conficitur; Radices geranii cœruleum florem proferentis, in pulverem redigantur & cum axungia suis lactantis in mortario fit unguentum, id in linteo cera odorata imbuto extenditur, ac loco affecto applicatur; ita quod alioquin natura præ-

præſtat dierum quadraginta ſpacio, ſæpe quatridui tempore hujus artis adjumento perficitur.

38 Brachium nigrum & aridum.

In Capſula diſtincta litera **B.**

1 Sceleton recens nati Infantis.

Sceleton.

Infantis ab infœlici matre in ipſo partu enecati.

Job Cap. x. *verſ.*

VIII. Manus tuæ fecerunt me & plaſmaverunt me totum in circuitu, & ſic repente præcipitas me.

IX. Memento quæſo quod ſicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me?

X. Nonne ſicut lac mulſiſti me & ſicut caſeum coagulaſti me?

XI. Pelle & carnibus veſtiviſti me oſſibus & nervis compegiſti me.

SENECA HERCULE FURENTE.

Parce venturis, tibi mors paramur,
Sis licet ſegnis properamus ipſi;
Prima quæ vitam dedit hora carpſit.

Hic manifeſte cernitur Brechma ſeu fons ſive fontanella, quæ in infantibus eſt membranacea, & viſa interdum in mulieribus 26 ætatis anno nondum induruiſſe, ac ingruente capitis dolore ſubinde dilatata fuiſſe teſte Cl. Bilſio. Dentes etiam novi, quomodo ſuc-

creſcant prioribus adhuc exiſtentibus hic liquet.

Prope hanc Capſulam depicta eſt & ad parietem in tabula ſuſpenſa, Ingens Carnoſitas, cum inſcriptione Batavica quæ Latine ſic redditur.

Hæc Carnoſitas ablata eſt à civis cujuſdam Dordraceni Uxore, vocata Anneken Scheji, quæ habitavit in Platea Scharaganck appellata, 7 Auguſti Aº. 1627. per Nicolaum Scavart, quæ 27 libras ponderabat.

2 Sceleton muris.
3 Sceleton talpæ.
4 Venæ omnes Hepatis hominis.
5 Cervus volans, donum *Franciſci Schurmans.*

Capſula litera C. *inſignita.*

Capſulæ hujus Inſcriptio hæc eſt.

D. DAVID DE WILLEM.

DIUTURNA ÆGYPTIACA PEREGRINATIONE,
ET
ORIENTALIUM LINGUARUM PERITIA
CULTISSIMUS;
CAIRI SIVE MEMPHIS,
A SE EX SOLIDA COLUMNA RESCISSAM
HANC URNAM FERALEM,
HIEROGLYPHICIS CHARACTERIBUS
EXTRINSECUS LITERATAM;
EMBRYONEM AROMATIBUS
ANTE ANNOS 1300 CONDITUM,

AD-

ADJACENTE FICTILI ISIDIS ICUNCULA CONTINENTEM,
ANATOMICO THEATRO EXORNANDO
CELCISSIMORUM ET POTENTISSIMORVM
ORDINUM HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ
DEDICAVIT,
PER MANVS THEATRI PRÆSIDIS
OTTHONIS HEVRNII JOHAN. FILII, &c.

1 Urna Ægyptiaca, in qua re conditus abortus, donarium *D. Davids de Wilm.*

URNA HÆC FERALIS ÆGYPTIA CANOPUM ÆGYPTIACUM REPRÆSENTAT, in qua ÆGYPTIORUM ARTIFICIOSA ENCHEIRESI, ANTE ILLUSTRATAM ÆGYPTUM almo CHRISTIANÆ RELIGIONIS lumine (QUOD CONTIGIT ANNO 300 A SALVATORIS NOSTRI SALUTIFERA NATIVITATE SUB CONSTANTINO MAGNO) REPOSITVS FVIT, AROMATIBUS IN MUMMIÆ MASSAM CONDITVS FOETVS HVMANVS, ISQVE (UT CORPORIS EXIGVITAS OSTENDIT) ABORTIVUS, LETHALI MATRIS PROFLUVIO MULIEBRI PRÆCIPITATUS. HOC DESIGNAT HIEROGLYPHICUM CAPITIS NOCTUÆ, IN OPERCULO CONSPICUUM, CRUENTIS STIGMATIBUS RESPERSUM, PRÆCIPUE LATERE SINISTRO. Nam apud Ægyptios Sacerdotes myſtico ſolenni ritu noctua mortem deſignabat, eumque (ut conjectura abblandiri videtur) cruentam, cum ſanguinolentis notis latere ſiniſtro inſigniretur.

Adjacet Mumiæ huic latere ſiniſtro, fictilis ICUNCULA ISIDIS, Aromatum conditura impacta, & bona ſui parte immerſa; quod ſolenne fuit ÆGYPTIIS, in omni hujuſmodi cadaverum adornatione. Extrinſecus urnæ inſculpta eſt, caſus miſerabilis Hiſtoria, à Sacerdotibus conſignata vetuſtiſſimis characteribus Hieroglyphicis, de quibus *Tacitus* lib. II. *Annal.* Primi per figuras animalium ÆGYPTII ſenſus mentis effingebant, & antiquiſſima monumenta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntnr. Et LUCANUS,

Nondum flumineos MEMPHIS contexere BYBLOS
Noverat, in Saxis tantum volucreſque feræque,
Sculptaque ſervabant Magicas animalia linguas.

Eſt hæc urna Columnæ apex; nam inferius manifeſte apparet, quod ſit à Saxi ſoliditate reſciſſa: Hanc ex ſubterraneis concameratis latebris eruit, quatuor milliaria à CAIRO quæ EST MEMPHIS ANTIQUORUM, ubi erat Ægypti Regia (nam ibi Reges Sacris in Coronatione initiabantur, & in Regali ſolio collocabantur) ultra Nilum in Pyramidum vicinia, vir præſtantiſſimus *D. David de Willem* Anno 1619.

2 Vipera, donum *D. Augerii Clutio.*

3. Sca-

3. Scarabæus Ægyptiacus.

Scarabæus Ægyptiacus bicornis, quem Taurum vocat Ariſtoteles; eum Lunæ ſacrum cenſebant Ægyptii, inquit Horapollo: quod ut Porphyrius animadvertit, in partu fovendo 28 dierum periodum Lunarem obſervet.

Per hunc Ægyptii designabant bellatorem; quia sicuti caret hoc insectum Foemineo sexu, ita viros solos deceat bella tractare. Ideo e gemma lapideve eos elaboratos milites fortes filo alligatos collo appensos, gestabant, qui post mortem etiam eorum cadaveribus jungebantur, qualis hic est ex lapide sardio masculo effictus. Alii in annulo scarabæi imaginem gestabant, Plutarchus lib. de Iside et Osiride; Bellicoſis ſculptura annuli erat Scarabœus; hoc enim inſectum ſexu fœmineo caret, omnes ſunt maſculi, & ſeminis materiâ in globum redactâ genus propagant. Horapollo lib. 1. cap. 10. Cum mas Sobolem procreare vult, bovis fimum nactus, globulum ex eo ejuſdem cum mundo figuræ fingit; quem ubi ab Ortu in Occaſum averſis pedibus volutarit, ipſe rurſum ut Orbi perſimilem figuram edat atque exprimat, in Ortum convertitur: ipſe ſiquidem Orbis à ſubſolano circumagitur in Africum ut Siderum contrarius

eſt curſus ab Africo ad ſubſolanum; hanc itaque pilam in terra defoſſam, reponit per dies octo & viginti (nam & totidem diebus Luna duodecim Zodiaci ſigna perluſtrat) ſub qua toto illo tempore permanens animatur, ac ſemen vitale ſuſcipit Scarabæorum genus: nono autem & vigeſimo die pilam in aquam conjicit, quæ dum ibi aperitur prodeunt Scarabæi.

DESIGNAT AUTEM SCARABÆUS.

1 MUNDUM; QUOD AD MUNDUM EJUS GENERATIO AC FOETUS ACCEDAT.
2 PATREM; QUOD EX SOLO PATRE ORTUM HABEAT.
3 VIRUM; QUIA NON EST IN TOTUM GENERE FOEMINEO.

4 Maxilla Mumiæ.
5 Aranea marina donum *D. Hermanni Bloem.*
6 Capriſcus Rondeletii, donum *Pauli Pels.*
7 Venæ hepatis viri.
8 Noctua Ægyptiaca.
9 Sanguis Crocodili.

Sanguis Crocodili, qui inditus oculis, eos claros & à cicatricibus terſos reddit; ex CAIRO ÆGYPTI delatus Anno 1620.

10 Panis ex novo & ignoto genere farinæ.
11 Malleus ex Hollandia Nova quo feri trucidant advenientes, donum *D. Hermanni Bloem.*

In

In Capſula diſtincta litera D.

1 Brachium Mumiæ Ægyptiacæ, donum *D. Davidis de Wilm.*

MUMIÆ VERÆ ÆGYPTIÆ brachium virile.

2 Officula ex lupi naturalibus.

Coles Lupi qui cum vino aſſumptus colicos cruciatus efficaciter lenit.

3 Aetites lapillus, qui in aquilarum nidis reperitur.

Aetites, Aquilæ lapis, ab Aquilæ induſtria dicto nomine, quæ nido hunc Lapidem importat, alioquin impotens pullos producere; ſi gravidæ mulieris Brachio Alligetur abortum prohibet, ſin femori parturientis, fœtum educit, & quidem adeo potenter, ut niſi poſt partum amoveatur, uterum etiam extrahat; quod mulieri cuidam mortiferè contigiſſe VALERIOLA aſſerit.

Epilepticos paroxyſmos lenit, tritus & Cerato commiſtus ac Bregmati applicatus. Contra febres malignas, peſtem, & dyſenteriam malignam datur, cum aqua acetoſæ. Contra venena cum vino. Refert dioſcorides Lib. 5. Cap. 118. quod furem prodat ſi pani commixtus ei devorandus detur; quippe eum deglu-

tire nequit, BELLONIUS Lib. 20. Cap. 13. hodie GRÆCOS ID ADHUC AGERE ASSERIT SED NON SINE SUPERSTITIONIS FUCO. Convocant ſuſpectos, bolos ex pane non fermentato conficiunt ovi magnitudine, hoc lapide admixto. Ternos ſingulis exhibent varia interim verba admurmurantes; tum fur tertium devorare non poteſt, ac parum abeſt ſi conetur, quin ſtranguletur. Duo ejus genera hic ſpectantur; mas qui in ARABIA provenit notatus A & fœmina quæ in CYPRO invenitur, B.

4 Lapis ex ſtomacho anſeris.

Lapis ex ſtomacho anſeris Magellanici vulgo appellati Pinguyn, cujus vis adhuc incognita. Nautæ Hollandi advexere ex freto Magellanico anno 1600.

5 Lapis Nephriticus.
6 Lapis ex Capite vituli marini.

Lapis ex capite Manati Tiberonis, ceu vituli marini, cujus adverſus urinæ difficultates, & renum ac veſicæ calculos, ab Indis ac Hiſpanis facultas prædicatur, teſte Nicolao Monardo Cap. 32. Conſpicitur hoc in loco Catulus Manati ex trabe ſuſpenſus, à nautis Hollandis EX OCEANO INDIÆ OCCIDENTALIS ADDUCTUS AMSTELODAMUM, Anno 1600. CLUSIUS hoc ipſum individuum de-

leſcribit & depingit Lib. 6. exoticorum Cap. 18. eſt de genere Phocarum, & adoleſcere ſolent in longitudinem pedum 18 aut 20. latitudinem 7 aut 9.

FOEMIMÆ PARIUNT VACCARUM MORE.

7 Os organi auditus Balænæ, donum *D. Jacobi.*
8 Cuculo, vulgo Gallus Marinus.
9 Officula ex naturalibus Caſtoris, ſive Fibris.
10 Veſica canis.
11 Veſica hominis.
12 Duplicata piſcis Veſica.
13 Venæ Hepatis.
14 Scyphus ex Cranio.
15 Sceleton Echini.
16 Sceleton ranæ.
17 Sceleton putorii.
18 Crocodilus Junior ex Ægypto, donum *Principis Mauritii.*

Crocodili pullus. ÆGYPTII OLIM IN HIEROGLYPHICIS VARIE HUJUS CHARACTERE USI FUERE, UT TRADIT PLINIUS LIB. 29; AC UT ROMANI ET PULLARII AVIBUS, ITA ÆGYPTII OLIM CROCODILIS AD RERUM EVENTUS COGNOSCENDOS UTEBANTUR; nam prout de conſulentium manibus cibos caperent vel aſpernerentur

tur it a de iis conjectabant, teſte ÆLIANO Lib. 8. Divinis honoribus eos ut Numina colebant COPTITÆ, ARSINOITÆ, THEBANI &c. TESTE ÆLIANO DE HISTOR. ANIMAL. Lib. 10. capit 22 & 25. & STRABONE Lib. 17. id tangit JUVENAL. Satyr. 15.

Quis neſcit VOLUSI BITHYNICE qualia demens
ÆGYPTUS portenta colat?

Contrarium faciebant TENTYRITÆ qui ELEPHANTINAM accolebant, & Apollopropolitæ; nam eos occidebant. Plin. Lib. 8. Quin & genus huic belluæ adverſum in ipſo NILO, TENTYRITÆ ab inſula in qua habitant appellatum; menſura eorum parva, ſed præſentia animi (in hoc tantum uſu) mira. Terribilis hæc contra fugaces bellua eſt, fugax contra inſequentes; ſed adverſum ire ſoli hi audent, quin etiam flumini innatant, dorſoque equitantium modo impoſiti, hiantibus reſupino capite ad morſum, addita in os clavi, dextra ac læva tenentes extrema ejus utrinque, ut frænis in terram agunt captivos, ac voce etiam ſola territos, cogunt ſuo more, recentia corpora ad ſepulturam. De hoc ÆGYPTIORUM DISSIDIO JUVENAL. Satyr. 15.

Inter finitimos vetus atque antiqua ſimultas

Im-

Immortale odium & nunquam ſanabile vulnus.
Ardet adhuc OMBOS ET TENTYRA, ſummus utrinque
Inde furor vulgo, quod Numina vicinorum
Odit uterque locus, cum ſolus credat habendos
Eſſe Deos quos ipſe colit.

19 Sceleton Muris Majoris aquatilis.
20 Sceleton frigillæ.
21 Fiſtula paſtoralis ex inſula Malta, donum *D. Johannis à Horne.*

Pellis ſerpentis.

Qui poſitis novus exuviis nitidusque juventâ,
Lubrica convolvit ſublato pectore terga.

Hæ exuviæ ſi fiant femoris muliebris tempore parturiginis induviæ, eam efficaciter promovere exiſtimantur.

CERVI MEMBRUM GENITALE, A JO. HEURNIO B PRÆPARATUM; cujus magna efficacia contra morſus viperarum, Dolores Colicos, Dyſenteriam, urinæ ſuppreſſionem, & ad veneris irritamentum.

CRANIA DUO RARÆ ET MIRANDÆ STRUCTURÆ; quippe in illis ſpectantur juxta Lambdoidem ſuturam, gemina officula, in quolibet latere unum, & quidem diverſo poſitu: nam in altero ſunt in oſſe ſincipitis, in altero in occipi-

cipitis. Hæc ea ſunt & præcipuè quæ in occipite ſpectantur notata.

Quorum à magnis medicis contra epilepſiam inſignis efficatia prædicatur.

Capſula diſtincta litera E.

Capſulæ hujus Inſcriptio hæc eſt.

VIR PRÆSTANTISSIMUS, AD OMNIA VIRTUTIS ET ERUDITIONIS EXEMPLA GENITUS, D. DAVID DE WILLEM,
DIUTURNA ÆGYPTIACA PEREGRINATIONE ET ORIENTALIUM LINGUARUM PERITIA CULTISSIMUS;
IN ÆGYPTO A SE CONQUISITAS FICTILES ET LIGNEAS ICUNCULAS ISIDIS ET OSIRIDIS,
HIEROGLYPHICIS NOTIS,
ANTE ANNOS 1300 INSIGNITAS,
ANATOMICO THEATRO EXORNANDO,
CELSISSIMORUM ET POTENTISSIMORUM ORDINUM HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ DEDICAVIT,
PER MANUS THEATRI PRÆSIDIS OTTHONIS HEURNII JOANNIS FIL. &c.
Anno CIↃ. IↃC. XX.

1 Effigies lignea mitrati Oſyridis, vetuſtate ambeſa.

Antiquiſſima ISIDIS ET OSIRIDIS idola, ficta & culta ab infœlice ÆGYPTO, priuſquam Chriſtianæ religionis lumine illuſtraretur; APPONEBANT AUT INSEREBANT HÆC

HÆC LINTEIS MULTIPLICIBUS INVOLUTA, CADAVERIBUS IN MUMIAM CONDITIS, UT INDICARENT TERRÆ ET MATERIALI CAUSÆ PRINCIPIOQUE RERUM ALTERO (QUOD PER ISIDEM DENOTABANT) ET SOLI; RERUMQUE ALTERO PRINCIPIO, ET CAUSÆ EFFICIENTI (QUAM PER OSIRIDEM DESIGNABANT) CORPORA DEBERI, UTPOTE A QUIBUS NUTRITA, VEGETATA ET PRODUCTA SUNT; PLURES AUTEM ET MAGIS SPECIOSÆ INVENIUNTUR IN MUMIARUM SEPULCRIS, ISIDIS QUAM OSIRIDIS ICUNCULÆ; QUIA POTIUS TERRÆ QUAM SOLI CADAVERA DEBENTUR: Ideoq; teſte PLUTARCHO LIBR. DE ISIDE ET OSIRIDE, conſecrata ſimulachra OSIRIDIS amiculis induta erant ſplendidis nulla variegatione exornatis, & tantum ſemel in anno promi ac in publicum à Sacerdotibus proferri ſolebant; deinde ita reponebantur, ut à nemine videri tangive poſſent: INNUENTES, RERUM PRIMUM PRINCIPIUM EFFICIENS, PURUM AC SINCERUM EXISTERE, ET SOLA MENTE PERCIPI, ITA UT INSTAR LUCIS EMICANS ET ANIMO SE ATTINGI ATQUE INTUERI SEMEL TANTUM SINAT. ISIACA autem ſimulacra ornata erant amiculis Polidædala Idolorum varietate tinctis, eaque populo ſæpe oſtentabant; INDICANTES, SENSILE PRINCIPIUM TERRESTRE OBVIUM ESSE, ET IN USU VERSARI, AC MULTIJUGA MUTATIONUM VARIETATE MULTIPLICIA SPECTACULA EXHIBERE. ALTERNIS TENEBRARUM ET LUCIS VICISSITUDINIBUS, ET SUBINDE ALTERNATO ORTU ET INTERITU CADUCORUM CORPORUM.

Bacilli autem in Isidis simulacro exprimuntur (ut apud Eusebium de præparat. Euangelica lib. 9 cap. 4. refert Artapanus) quod cum tellus à Moyse Baculo percussa, pediculos, ranas, locustas & similia fastidia protulisset, consuevisse Ægyptios in Templo Isidis quæ terram referebat, baculum cultus & memoriæ gratia collocare. Sunt autem pedes conjuncti & complicati in his Icunculis prisco ritu; nam ita ÆGYPTIOS deorum simulacra finxisse testatur HELIODORUS lib. 30. ÆTHIOPICOR.

2 Icuncula Isidis Orum lactantis.

ICUNCULA MULIEBRIS infantem exertis uberibus admovens, est ISIDIS LACTANTIS PUELLUM ORUM; & eodem modo, in quodam Numismate HADRIANI IMPERATORIS exprimitur: unde Mammosa CERES id est ISIS, A LUCRETIO ET VIRGILIO VOCATUR.

DENOTABANT AVTEM HOC MYSTICO, FRUGIBUS AB HAC DEA INVENTIS ORUM CONSERVARI; ID EST, MUNDO SEU GENERI HUMANO ALIMENTUM SUPPEDITARI; IDEO EI IN CAPITE CORNUA UTRINQUE EXSURGUNT, UT INDICETUR EAM FRUGUM FUISSE INVENTRICEM, QVÆ SINE BOUM ARATIONE VIX ACQUIRI POSSUNT: IN ROTUNDO AUTEM FASTIGIO QUOD INTER

TER MEDIA CORNUA CONSISTIT, STELLA LUCIFERI DEPICTA FUIT, QUÆ HANC DIVAM OMNIBUS ALIIS UTILITATE PRÆLUCERE INDICABAT. Eâdem etiam formâ depingitur in MENSA ISIACA A PIGNORIO Publicata.

3 Canon Ægyptiacus ligneus ad corpora Aromatibus in mumiam condienda.

IDEA SEU CANON ÆGYPTIUS AD CORPORA AROMATIBUS IN MUMIAM CONDIENDA (QUI OLIM MUMIÆ CONDITUS FUIT OBLITUS, SICUTI EX RELIQUIIS ADHUC APPARET) NAM AD HUJUSMODI NORMAM, CADAVERA MAGNATUM SUMPTUOSIUS CONDIENDA SPECIOSE ADORNABANT ÆGYPTII: HERODOTUS LIB. 2. ſunt certi in Ægypto conſtituti, qui artificium condiendi cadavera factitant; Hi cum ad ipſos cadaver portatum eſt, oſtendunt iis qui portaverant, exemplaria mortuorum lignea, pingendo aſſimulata: eorum autem unum accuratiſſime fabricatum eſſe aiunt: (cujus ego nomen ſi nuncupavero haud faciam ſancte) alterum illo inferius & vilioris precii, tertium Viliſſimi: Quibus expoſitis, ſciſcitantur ab iis ad quod exemplum velint effingi mortuum ſuum; iſti, ubi de precio convenerunt illinc abeunt, at hi relicti in ædibus, diligentiſſime condiunt corpus. Nota, HERODOTUM ſuperſtitione impeditum, nomen Divi quem ligneum hoc ſimulacrum exprimebat re-

reticere ; FUIT AUTEM ORI, QUI TESTE PLUTARCHO LIB. DE ISIDE ET OSIRIDE, APUD EOS. MUNDUM DESIGNABAT, IDEOQUE AD EJUS SIMILITUDINEM PER MUMIÆ CONDITURAM CADAVERA EFFINGEBANT, UTPOTE DEBITA TERRÆ ET MUNDO VNDE ORTA.

4 Lapidea Idola tria ex Ægypto, donum *D. Davidis de Wilm.*
5 Scyphus ex parva teſtudine.
6 Ova ſerpentis ex India Orientali, donum *D. Juſti Heurnii.*

Ova ſerpentis ex India Orientali tranſmiſſa, a DOMINO JUSTO HEURNIO ad fratrem ſuum OTHONEM HEURNIUM THEATRI Hujus PRÆSIDEM Anno 1626. & in magnitudine figura & colore ovis gallinarum ſunt ſimillima.

7 Sceleton talpæ.
8 Venæ pulmonum.

In Capſula diſtincta litera F.

Inſcriptio Capſulæ.

VIR PRÆSTANTISSIMUS, AD OMNIA VIRTUTIS ET DOCTRINÆ EXEMPLA GENITUS, D. DAVID DE WILLEM,
DIUTURNA ÆGYPTIACA PEREGRINATIONE ET ORIENTALIUM LINGUARUM

RUM PERITIA CULTISSIMUS;
IN ÆGYPTO A SE EX SUBTERRANEIS
LATEBRIS (JUXTA PYRAMIDUM
MOLES) ERUTUM ISIDIS
IDOLUM,
EX LIGNO PALMEO ANTE ANNOS 1300
CONFECTUM, INTUS CONTINENS
COR MAGNATIS ÆGYPTII
AROMATIBUS CONDITUM &c.
ANATOMICO THEATRO EXORNANDO
CELCISSIMORUM ET POTENTISSI-
MORUM ORDINUM HOLLAN-
DIÆ ET WESTFRISIÆ
DEDICAVIT,
PER MANUS THEATRI PRÆSIDIS
OTTHONIS HEURNII JOANNIS
FIL. &c.

1 Ænea icuncula Oſyridis.

Ænea Icuncula est Osiridis Mitrati Icon, quam solebant Mumiis apponere Ægyptii Sacerdotes; nam existimabant teste Plutarcho lib. de Iside et Osiride, Mortuis Imperari Osiridem, et quod idem sit quem Græci et Romani Plutonem et Ditim nuncupant.

2 Hydrus.

3 Brachium Herois Ægyptiaci in Mumiam conditum.

Donum D. Pauli de Willem.

Tibia totuſque pes Primatis Ægyptii,

eodem (ut Brachium hoc) modo Conditus: QUO EVIDENTER LIQUET VERE ARISTOTELEM SCRIPSISSE PROBLEM. 4. SECT. 14. ÆGYPTIOS FUISSE VALGOS, id eſt, Tibias pedeſque extrorſum Diſtortos habuiſſe, ex Ægypto advectus anno 1628. Hoc autem loco hic pes repoſitus eſt anno 1622. ab OTHONE HEURNIO &c.

4 Os Balſamo conditum.

5 Loculus feralis Ægyptiacus in operculo Iſidis effigie Inſignitus continens cor magnatis Ægyptii conditum, donum *D. Davidis de Wilm.*

ISIDIS IDOLUM
INSTAR THECÆ INTRINSECUS CAVUM; IN QUO MUMIÆ AROMATIBUS CONDITUM MAGNATIS ÆGYPTII COR CONTINETUR; nam Libitinarii Ægyptii cum cadavera in Mumiam adornarent, Cor religioſe obſervabant & cuſtodiebant, commemorante Plinio lib. 11. cap. 37. Augeri Cor per ſingulos annos in homine, ac binas drachmas ponderis ad quinquageſimum annum accedere. Ab eo tempore per ſingulos annos detrahi tantundem, & ideo non vivere hominem defectu cordis exiſtimant Ægyptii, quibus mos eſt cadavera adſervare medicata. Thecis autem ligneis tota in Mumiam Condita Corpora, & Nobiliora quoque viſcera includebant, ſcribente

bente Herodoto lib. 2. Cadavere poſt condituram recepto propinqui ligneam hominis effigiem faciunt, in quam mox inferunt mortuum, incluſumque ita reponunt in loco ſepulchrorum loculis dicato, & erectum ſtatuunt ad parietem. EJUSMODI AUTEM THECÆ IN ISIDIS EFFIGIEM EFFORMABANTUR, UTPOTE QUÆ APUD EOS TERRAM DENOTABAT, SICUTI APUD LATINOS CERES; CUI CADAVERA ADSERVANDA TRADI DEBERE, MYSTICO HOC RITU INNUEBANT, cumque eam morbis omnibus mederi crederent, ideo eidem poſt vitæ functionem corpus (quod pii numinis ſui potentia dum in vitæ ſtatione eſſet conſervaſſet) conſecrabant. IDEO ETIAM UBIQUE FERE TERRARUM ISIS CULTA FUIT; Paſſim in GRÆCIA, SMYRNÆ IN ASIA, BIBLI IN PHÆNICIA, CYRENIS IN LYBIA, APUD SUECOS IN GERMANIA; ROMÆ QUOQUE quæ fuit aſylum omnis Idololatriæ ſæpe culta fuit, ſæpe etiam ejecta. Anno urbis 696 PISO ET GABENIUS Coss. ex urbe ejus ſacra ejecerunt. *Teſte Arnob. lib. 2. & Tertulliano in Apolog. cap. 6.* & poſt ſeptem deinde annos omnia ejus Templa Aruſpices Demoliti ſunt, teſte *Dione lib. 4. 42. 47. 59.* Deinde cum rurſum irrepiſſent AGRIPPA ÆDILIS Anno Urbis 732 Urbe rurſum ejecit, & intra quingentos paſſus coli vetuit. Poſtea TIBERIO IMPERANTE, cum denùo in Urbem penetraſſent rurſum expul-

sa sunt; teste *Tacito lib.2. Annal.* Tandem uno agmine hæc sacra Urbem invaserunt, & maximo cultu viguere ac permansere, donec salutiferis Christianæ Religionis radiis sensum dissiparentur: nam ea coluere IMPERATORES, COMMODUS, CARACALLA ALEXANDER SEVERUS; unde Aræ, Templa, loca publica eis dicata fuere, ut apud ROMÆ. Topographos liquet. Hoc innuit JUVENALIS Satyra 12. Hinc PLINII querela lib.33.cap.3. Harpocratem Statuasque Ægyptiorum numinum viros quoque in digitis portare incipere. Est hoc Idolum Fabricatum ante Christianismum in Ægypto receptum, quod contigit sub CONSTANTINO MAGNO, qui Idololatriam ex Imperio Romano exterminavit, Anno 300 post *Salvatoris nostri* Nativitatem. Lignea autem hujusmodi Idola adeo diu perennare non mirum, cum sint ex ligno Larycis fœminæ, aut Persicæ Ægyptiæ, vel vitis; quorum materia, cum sit in iis locis ab omni teredine & putredine immunis, ideo ea ad simulacrorum fabricam uti solent: & locus in quo reposita sunt ab omni noxa vacat: nam juxta *Pyramidum moles, quatuor miliaria à Cairo, ultra Nilum*, in locis arenosis, ex vivo Saxo incisis & concameratis adservantur cellis, aerque in hoc superiori Ægypti tractu est siccissimus. Nam octoginta annis vix semel ibi pluit, nec ros ubertim decidit; sed in Ægypto inferiori pluviæ Autumna-

tumnales & copioſæ de nocte (tempore verno) irrigationes non ſunt infrequentes: *& tamen ibi etiamnum, Rudera contignationum & Trabium Palatii Ptolomæorum Regum ac Cleopatræ conſpiciuntur*, ut refert teſtis oculatus D. David de Willem.

Eſt præterea in hoc Idolo obſervabilis tum *Squalor vetuſtatis, tum variegata colorum incruſtatio; quæ mutabilem rerum mundanarum conſtitutionem denotat.*

AD EXEMPLAR HUJUSMODI ÆGYPTIORUM IDOLORUM, POSTEA PONTIFICII IMAGINES SUAS EXORNARUNT.

6 Piſcis nomine *Schincus.*
7 Os femoris Gigantis, donum *Samuelis Mutſenbroek.*

In Capſula diſtincta litera G.

Capſulæ hujus Inſcriptio hæc eſt.

VIR ERUDITIONE ET MULTYJUGA RERUM EXPERIENTIA CLARUS, D. DAVID DE WILLEM, DIUTURNA PER ÆGYPTUM ET ORIENTEM PEREGRINATIONE PERPOLITUS, ARABICÆ ALIARUMQUE ORIENTALIUM LINGUARUM PERITISSIMUS, ANTI-

QUITATIS ET NATURÆ MISTERIORUM SOLERS INDAGATOR HÆC ANATOMICO ACADEMIÆ LEYDENSIS THEATRO EXORNANDO

EX ÆGYPTO CIMELIA DEDICAVIT ANNO 1620. JUNII 15.

Mumiæ veræ à multis retro seculis adservata brachium, quod ipse excussit ex subterraneo sepulchro, quatuor milliaria à Cairo seu Memphi, ultra Nilum sito.

1 Viscera vitalia & hepar porci.
2 Duæ lapideæ imagunculæ Idolorum, donum *D. Davidis de Wilm.*

Icunculæ duæ, una virilis, altera muliebris, ex eodem sepulchro ab ipso allatæ, quas olim Ægyptii Nobilium cadaveribus conditis linteis involutas, gentilitia superstitione apponebant. SUETONIUS IN NERONE

Dicit; cum hujusmodi Icunculam puellarem Nero quasi remedium insidiarum à plebeio quodam ei ignoto muneri accepisset, detecta confestim conjuratione, pro summo Numine illam sacrificiis colere perseveravisse, voluisseque creda monitione ejus se futura prænoscere.

3 Cya-

3 Cyathus ex pellucido marmore confectus.

Cyathus delatus ex regno Sinarum, confectus ex pellucido precioso marmore ibidem proveniente, quod patrio sermone appellant Tusce,& omnibus magnatibus in toto Oriente est in deliciis; Coloris est cineri simillimi; sed candidius olim in Cappadocia proveniebat, quod Plinius lib. 16. cap. 22. Phengites nuncupat: *ex quo Nero Templum fortunæ construxit, quod interdiu lucidum clarumque erat, non transmissâ sed tanquam inclusâ luce, ita ut per chartam oleo non imbutam, nec transparentem, lux transmittitur.* Hodie Romæ in templo B. Mariæ in porticu, ex hoc marmoris genere, Columna dimidiata, colore flavo, parieti rimam obstruens, & externam lucem solari fulgore intromittens spectatur.

4 Piscis Triangularis, donum *Mr. à Hasenbroek.*

In Cassa Maxima signata litera H.

Cassæ hujus inscriptio hæc est.

DONUM VIRI MAGNIFICI, ET AD OMNIA VIRTUTIS EXEMPLA GENITI D. JOANNIS BAPTISTÆ BARLOTTI, PRIMÆVÆ ET SUSPICIENDÆ ANTIQUITATIS ÆGYPTIACÆ CIMELIUM, MEDICATUM

FUNUS ANNORUM 14, PUELLÆ NOBILISSIMÆ ANTE CIↃ. CCC. CUM NONDUM SALUTIFERUM CHRISTIANÆ RELIGIONIS LUMEN ÆGYPTUM ILLUSTRASSET, QUAM NEC IMMENSUS TOT SECULORUM AMBITUS PUTREDINE CORRUPIT, AUT TEREDME ATTRIVIT; FACIEI CHARACTERE, CILIIS AC ORBITIS OCULORUM, NARIUM CONFORMATIONE, AC ORIS STRUCTURA UNIVERSA, INTEGRIS EXISTENTIBUS: ÆVI DENTE RETUSO A FRAGANTI ET PRÆPOLLENTI AROMATUM VIGORE, ET DENSISSIMO LINTEAMINUM CEDRIA DELIBUTORUM TEGUMENTO; QUIBUS IN PERENNEM MUMIÆ SOLIDITATEM FUIT REDACTUM, UT AD NOVISSIMUM RESURRECTIONIS DIEM (QUEM ET ÆGYPTII SPERABANT) CONSERVETUR, ET ANNO CIↃ. IↃC. XXI. EX HÆREDITARIIS PRISCORUM ÆGYPTIORUM SEPULCHRIS, SUBTERRANEIS, CONCAMERATIS, MARMORI NATIVO AC SOLIDO INCISIS, QUATUOR MILLIARIA ULTRA MEMPHIM SEU ALCAIRUM,

IN-

INGENTI DISCRIMINE EST SUBDUCTUM, AC HIC IN THEATRO ANATOMICO CELCISSIMORUM ET POTENTISSIMORUM HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ ORDINUM.

AD PERENNE ORNAMENTUM, ET VIRI MUNIFICENTISSIMI HONOREM SEMPITERNUM, CUM ALIIS EJUSDEM DONARIIS COLLOCATUM, AB OTTHONE HEURNIO ULTRAJECTINO THEATRI PRÆSIDE, &c.

Anno CIↃ. IↃC. XXIIII April. XXV.

1 Mumiæ Principis Ægyptiacæ, donum *D. Johannis Baptiſtæ Bartholoti.*
2 Par Sandapilarum ex regno *Syam.*
3 Exuviæ Lacerti ex India.

Uana, Lacerti, genus, ex India Occidentali; animal eſt Amphibium, quod & in fluminibus verſatur & arbores ſcandit. Oviedus in Hiſtor. novi orbis lib. 13. cap. 3. inquit, animal eſſe innoxium & manſuetum, ſed ſpecie Horrificum, adeo ut nemo niſi generoſi fuerit animi ejus acceſſum exſpectare audeat; nemo autem ab ejus manducatione abſtineat, niſi qui ejus manſuetudinem & bonum ſapo-

rem ignorat; quippe optimis etiam cuniculis Hiſpanicis eſt anteferendum.

4 Effigies Fœminæ Malaicæ quæ annum centeſimum & quinquageſimum agebat, donum *D. Theodori Snoek.*
5 Par calceorum ex Ruſſia.
6 Imagines duæ ex regno Japanico, donum *D. Adriani Pauw.*
7 Maxilla Gladii piſcis.
8 Leonis Caput.
9 Urna feralis Romanorum in quà cineres crematorum cadaverum condebantur, donarium *D. Danielis Ghiſii.*

Urnula Romana quales ſolebant in ſepulchris jungere lampadibus liquore fragranti refertas, eruta in ſuburbano agro Urbis Neomagenſis, ubi olim ſtativa habuere Hunni, ex Italia reduces : Donum R. V. D. Dan. Ghyſii ſuſpendita hic Anno 1624. Jan. 5.

Statius:
Ibimus, omnes ibimus,
Immenſis Urnam quatit Æacus umbris.

URNA FERALIS ROMANA

Inventa Genevæ anno 1610, cum fortalitia extruerentur in agro ſuburbano, ubi ſeculo Romanorum, Cœmiterium ſive ſepulchretum publicum exſtitit; in hujuſmodi cadis

cadis ſive urnis collectas cremati cadaveris reliquias, oſſa & cineres, vino aliisque odoribus, interdum & lachrymis aſperſas, Romani componebant; erantque aureæ, argenteæ, æreæ, marmoreæ, aut fictiles, obturatæ operculo metallico vel marmoreo, in quo nomen defuncti inſcriptum erat. Nam cadaver cremandum ſic in Pira, Rogo, ſive Buſto, collocabant, ut oſſa cineresque ejus ſeperata manerent, à cineribus Lignorum & animalium quæ ſæpe una cremabantur. Unde hujuſmodi urnæ in quibus oſſilegium & cineres componebantur, Oſſuaria & cineraria dicebantur; Propert lib. 2. El. 12.

Deinde ubi ſuppoſitus cinerem me fecerit ardor
Accipiat manes parvula teſta meos.

Has urnas inferebant ſepulchro Monumento ſive Conditorio, quod erat locus ſubterraneus, concameratus, in plures loculos parietibus diſcretus, in quorum ſingulis binæ fere urnæ repoſitæ erant. RITUM VETUSTATIS IN LESSO MORTIS OVIDII ELEGANTER EXPRESSIT POLITIANUS.

Accurrere leves PAPHIA cum matre volucres,
Arſuroque faces ſuppoſuere rogo;
Quem ſimul abſumpſit rapidæ violentia flammæ

Re-

Relliqu ias tecto compoſuere cado
Impoſitu mq; brevi ſignorunt carmine ſaxum
Qui jacet hic teneri Doctor amoris erat,
Ipſa locum latè ſancto Cytheræa liquore
Irrorat Niveâ terque quaterque manu.

TIBULLUS VERO OCULATUS TESTIS, CELEBRIS VETUSTI HUJUS RITUS ÆTERNITATE EUM MEONIO CANTU CONSECRAVIT.

Ergo ego cum tenuem fuero mutatus in umbram,
Candidaque oſſa ſuper nigra favilla teget,
Ante meum veniat longos incompta capillos
Et fleat ante meum mæſta Neæra Rogum;
Sed veniat charæ matris comitata Dolore,
Mæreat hæc genero mæreat illa viro:
Præfatæ ante meos manes, animamq; precatæ,
Perfuſæque pias ante liquore manús.
Pars quæ ſola mei ſuperabit corporis oſſa
Intinctæ nigra candida veſte legant,
Et primum annoſo ſpargant collecta Lyæo
Mox etiam niveo fundere lacte parent.
Poſt hæc Carbaſeis humorem tollere velis
Atque in marmorea ponere ſicca domo,
Illic quas mittit dives Pauchaya merces
Æoique Arabes dives & Aſſyria,
Et noſtri memores lachrymæ fundantur eodem
Sic ego componi verſus in oſſa velim.

DONUM AMPLISS. ET PRUDENTISS. SENATUS REIPUB. GENEVENSIS PROCURANTIBUS VIRIS DOCTRINA ET VIRTUTE INCLYTIS D. BENEDICTO TURRETINO

TINO APUD GENEVENSES S. S. THEOLOGIÆ PROFESSORE ET VERBI DIVINI MINISTRO ET D. THOMA ERPENIO IN HAC ACADEMIA ORIENTALIUM LINGUARUM PROFESS. EMINENTISSIMO.

HIC COLLOCATA AD PERENNE HUJUS THEATRI ORNAMENTUM ET VENERANDÆ ANTIQUITATIS ROMANÆ MONUMENTUM AB OTHONE HEURNIO, &c.

Anno 1623. Maii 26.

10 Pudenda mulieris.
11 Vas fictile Romanum.
12 Effigies Ænea deaurata deæ ex regno Syam, donum *D. Justi Schouten.*

IDOLUM HOC IN SUMMA VENERATIONE HABENT INCOLÆ REGNI SYAM, CHINÆ CONTERMINI, repositum anno 1639. Donavit Præstantissimus Justus Schouten, summus in regno Siam Societatis Indicæ Præfectus. IDOLUM PARVUM, ANEUM EST, ET DEAURATUM, SEDENS MORE SUTORUM VESTIARIORUM, CRURIBUS TRANSVERSIM COMPLICATIS, AB OCCIPITE CORNUTUM.

13 Olla ex regno Chinæ, donum *D. Jacobi Spex.*
14 Pyxis cum albo pulvere quo utuntur Indi & Itali ut defluant capilii.
15 Ramus per se lapide munitus, donum *D. Harrewijn.*

Aqua circa ligni ramum in lapidem concreta ex Gallia delata Ornatissimo Viro D. HAREWYN, Anno 1627. 16 Cal-

16 Calcei ex Humana cute.

Calcei ex pelle Humana in India Occidentali confecti ab Anthropophagis, donum Mag. Johannis à Leeuwen Luxationum instauratoris Anno 1636. Octob. 10.

17 Par Sandaliorum Ægyptiacorum, donum *D. J. à Leeuwen.*

18 Galenus levis ex India.

19 Equus marinus ex India Orientali.

20 Draco volans.

21 Pisces miræ ex India.

22 Lampas Romana quæ æterno igne lucebat, donum *D. Danielis Ghisii.*

Lampas Romana vetustissima, inventa in suburbano agro Antiquissimæ Urbis Neomagensis, ubi olim stativa habuere Hunni reduces ex Italia, præda multiplici divites, unde & hodie Colli ibidem nomen Honnenburg, & portæ Honnenport.

23 Fibula Romana.

Fibula Romana qua togam juxta humerum firmabant rariſſimum antiquitatis monumentum. Dona D. Ghysii 1623. Maii 26.

24 Frustum Rabarbari instar caput canis, donum *D. Joh. Hoogkamer.*

25 Lacerta.

26 Capsula cum ovis Crocodili, donum *Principis Mauritii.*

Ova Crocodili quæ innoxiè comeduntur; mittebat ex Brasilia D. Doctor G. Piso Anno 1639.

27 A-

27 Aranea Indica quæ in mari degit.
28 Jecur viri in quo natus lapis pilæ instar.
29 Costæ ovis.
30 Os auditus hominis.
31 Capsula cũ pecunia ex India & Muscovia.
32 Arteriæ humanæ.
33 Vasa quædam vitrea Ægyptiaca.

Cucurbitæ vitreæ quibus hodie medici utuntur Ægyptii & Syriaci ad sanguinis eductionem, aut attractionem, & revulsionem, sed diverso ab Europæis modo; nam linamentum ardens his non injiciunt, quo cuti adhæreant, sed ore tantum attracta respiratione, moliantur opus, & sic cuti affigunt; quippe ubi quantum voluerint cutem attraxerunt, illico obturant linguæ opera foramen fistulæ, pellis ovillæ frustulo, saliva madefacto, ac emollito: cum autem eam pelliculam detrahunt, cucurbita illico à cute decidit; estque hoc commodius, quam cera qua Celsus lib. 2. cap. 10. hoc foramen obturat, de cornearum cucurbitularum simili apud Romanos usu, &c.

34 Sceleton Serpentis, donum *D. Ad. Bornii.*
35 Patina cum lapide ossifrago, donum *D. Boumanni.*
36 Lapis qui inventus est super os sacrum.
Lapis hic duos pugnos viriles magnitudine propemodum æquat.
37 Vitrum cum ficis ex regno Chinæ.
38 Pila *Mansa* dicta reperta in stomacho bovis
39 Cassia fistula ex Brasilia, donum *Principis Mauritii.*

40 Capsula cum ingenti succino, donum *D. Daniel Beckheri.*
41 Faba ex America.
42 Culter Indus.
43 Scyphus ligneus deauratus ex India, donum *D. Jacobi à Stellingwerff.*
44 Scarabeus ex promontorio bonæ spei.
45 Cranium Lupi.
46 Poculum ex duplici cranio, don. *D. de Bils*
47 Nata quædam Coralia.
48 Cranium Strutionis.
49 Fungus sive boletum ingens.
50 Sceleton recens nati infantis.
51 Sceleton quadrimestris fœtus.
52 Icon deæ Fortunæ, donum *D. Dan. Ghisii*

Donum Reverendi Viri D. Danielis Ghysii, apud Neomagenses verbi Divini Ministri; *Fortuna bona, sinistra gestans Cornu Amaltheæ sive copiæ cornu refertum omni genere frugum, quibus beat eos quos divitiis vult extollere*, in hac præter cœcum Ethnicum ritum & vetustatem annorum 1300 quo Ethnicismus viguit, observabilis est sollers artificis encheiresis; inventa in suburbano agro Urbis Neomagensis, ubi olim stativa habuere Hunni reduces ex Italia, præda multiplici divites. Posuit Otho Heurnius, Anno 1623.

53 Magnum os quod repertum est in corpore alicujus fœminæ nonagesimum annum agentis.

Os hoc caput hominis æquat magnitudine.

ROT-

ROTTERODAMI.

URBS HÆC AMPLISSIMA cum multas alias ob causas (ut puta portus quâ mare quâ etiam terram versus maximam commoditatem æris salubritatem ædificiorum Splendorem, Mercatorum frequentiam, mercium abundantiam) tum præcipue ob viros egregios, (quorum monumenta ibidem sunt spectanda) Celeberrima est, ET PRÆ OMNIBUS OB EXORTUM STELLÆ ILLIUS MIRABILIS, (DESIDERII ERASMI) CUJUS RADIIS NON URBS SOLUMMODO ET TERRA PATRIA SED TOTUS QUOQUE MUNDUS ILLUMINATUS EST; qui ut primas inter alios viros hujus urbis ILLUSTRES obtinet, ita primus spectatori obviam Datur, in foro Magno; ubi ænea ejus statua visenda est, cum Nobilissima Inscriptione; etiam & Domus quæ primas cunas tanto viro præbuit.

Inscriptio ad statuam ipsius in foro Magno hæc est.

DESIDERIO ERASMO,
MAGNO SCIENTIARUM ATQUE LITERATURAÆ POLITIORIS VINDICI ET JNSTAURATORI,
VIRO SECULI SUI PRIMARIO,
CIVI OMNIUM PRÆSTANTISSIMO,
AC NOMINIS IMMORTALITATEM SCRIPTIS ÆVITERNIS JURE CONSECUTO;
S. P. Q. ROTERODAMUS,
NE QUOD TANTIS APUD SE SUOSQUE POSTEROS VIRTUTIBUS PRÆMIUM DEESSET,
STATUAM HANC EX OERE PUBLICO ERIGENDAM CURAVERUNT.

BARBARIÆ TALEM SE DEBELLATOR ERASMUS
MAXIMA LAUS BATAVI NOMINIS ORE TULIT.
REDDIDIT EN! FATIS ARS OBLUCTATA SINISTRIS,
DE TANTO SPOLIUM NACTA QUOD URNA VIRO EST.
INGENII CÆLESTE JUBAR MAJUSQUE CADUCO
TEMPORE QUI REDDAT, SOLUS ERASMUS ERIT.

NATUS ROTERODAMI 28 OCTOB. 1467.
DENATUS BRASILIÆ 12 JULY 1536.

In-

Inſcriptio Domus ubi natales auras hauſit DESIDERIUS ERASMUS.

ÆDIBUS HIS ORTUS MUNDUM DECORAVIT
ERASMUS.
ARTIBUS INGENUIS RELLIGIONE FIDE.

IN DIT HUYS IS GEBOOREN
ERASMUS VERMAERT,
DIE GODS WOORT UYTVERKOOREN
ONS WEL HEEFT VERKLAERT.

HEROI INCOMPARABILI
EGBERTO BARHOLOMEO A CORTENAER
ARCHITHALASSO.
HOC VIRTUTIS ET GLORIOSÆ MORTIS
MONUMENTUM
POSUERE NOBILISSIMI DNI. PRÆFECTI
REI MARITIMÆ AD MOSAM.

DE HELDT DER MAES VERMINCKT AEN OOG
EN RECHTER HANDT,
EN ECHTER 'T OOG VAN 'T ROER, DE VUYST
VAN 'T VADERLANDT:
DE GROOTE KORTENAER, DESCHRICK VAN
'S VYANTS VLOOTEN,
D'ONTSLUYTER VAN DE SONDT, LEYT IN DIT
GRAF BESLOTEN.

OBIIT DEN 13 JUNY.
1665.

G. BRANDT FEC.

Latine Sic.

HEU! HEROS MOSÆ, DEXTRAQUE ET LUMINE MANCUS,
AST OCULUS PATRIÆ, PUGNUSQUE HAC CLAUDITUR URNA,
MAGNUS KORTNARUS, CLASSES QUI TERRVIT HOSTIS,
CLAVIGER ILLE MARIS QVOD LITTORA SUNDICA LAMBIT.

OBIIT IDIBUS JUNY 1665.

MERITIS ET ÆTERNITATI
WITTENII CORNELII DE WITH,
EQUITIS.

QUI MAGNITUDINEM SUAM EIDEM ELEMENTO DEBUIT, CUI PRÆCIPUAM HACTENUS HOLLANDIA DEBET. TOTUM TERRARUM AMBITUM CIRCUMNAVIGAVIT. UTRAMQUE INDIAM, NAUTA, MILES, PRÆFECTUSQUE NAUTARUM AC MILITUM VIDIT; EXPUGNATO SPECULATORIO NAVIGIO CUM VIRIBUS IPSE MULTUM INFERIOR ANIMO MAJOR ESSET, ARGENTIFERÆ CLASSI AMERICANÆ CAPIUNDÆ VIAM PATEFECIT.

INNU-

INNUMERAS VARIARUM GENTIUM NAVES CEPIT, INCENDIT, SUBMERSIT; PER OMNES GRADUS MILITIÆ NAVALIS ELUCTATUS, PROPRÆTOR PATRIÆ CLASSES ET EXPEDITIONES MARITIMAS ANNIS XX REXIT. DECIES QUINQUIES CLASSIBUS COLLATIS CUM HOSTE CONFLIXIT, RARO ÆQUATA CLADE; PLERUMQUE VICTOR AC TRIUMPHATOR PRÆLIIS REDIIT.

RESTABAT MAGNUS TOT BELLI FACINORIBUS IMPONENDUS DIES VIII. NOVEMBR. ANNO CIↃ. IↃC LVIII. IN FRETO MARIS BALTICI SUPREMUM VIRTUTIS OPUS EDIDIT. IBI PRIMUM IN PRÆLIUM RUENS, PRÆTORIAM SUECORUM INVASIT, AFFLIXIT; DEIN PROPRÆTORIAM AC PRÆGRANDES ALIQUOT EORUNDEM ALIAS, ARMIS, VIRIS, ANIMIS, INSTRUCTISSIMAS, SOLA PROPRÆTORIA SUA, REJECIT, AFFLIXIT, SUBMERSIT: DONEC A SOCIIS UNDIQUE DESERTUS, AB HOSTIBUS UNDIQUE CIRCUMFUSUS, DISCERPTO GLOBIS CORPORE, BELLATRICEM ANIMAM CÆLO REDDIDIT. CORPUS IPSE REX HOSTIS GENEROSA FORTITUDINIS HOSTILIS ADMIRATIONE, SPLENDIDE CONPOSITUM, IN PATRIAM REMISIT. SIC REDEUNT QUOS HONOS AC VIRTUS REMITTUNT. VIXIT ANN. LIX.

Roterodami Templ. Magno.

HIER LEYD IN 'T GRAFT, EEN HELD MANHAFT;
MOY LAMBERT HENRICKS SOON,

DIE IN SYN TYDT, TOT SPANJAERS SPYT,
HAER TROTS HEEFT 'T HOOFT GEBOON.
SYN DEFTIGHEYD, WAS OOCK VERBREYD,
ONDER DE TURKEN NACY,
DIE HY DICKMAEL, MET SYN METAEL,
VERWON IN KORTEN SPACY.
NAER VRIEND VAN MARS, EN NEPTUNES BARS,
EEN KAATSTEEN VAN DEN DONDER:
KANARY TUYGT, SINT THOMAS BUIGHT,
GIBRALTS DUNKERKERS, WONDER.
PEYLDER DER SON, DIE NIEMAND WON,
MAER ALTOOS HEEFT VERWONNEN;
DOOR SCHOOT, NOCH STOOT, MAER D'ALDER DOOD,
HEEFT HEM OP 'T LEST VERSLONNEN.
'T GEBIED DER ZEE, WAS HY NA MEE,
VICE ADMIRAEL KLOECKHERTIG;
HEEFT TROUW HET LANT, GEDIENT CONSTANT,
DE JAAREN SES EEN DERTIG.
DOCH DOEN HY HEEFT, ALHIER GELEEFT,
'T SEVENTIG EN VYF JAREN,
NAER GOODE FAEM, IS UYT LICHAEM
DE ZIEL BY GODT GEVAREN.
MAER 'T SEVENTIEN, IN 'T JAER SESTIEN
HONDERT EN TWINTIG VYFT,
GERUST EERBAER, ENDE DAER NAER
INT GRAF GELEGT HET LYFT.

NOCH BEGRAVEN NELTJEN AERTS, DE HUYS-VROUW VAN DEN VICE ADMIRAEL MOY LAMBERT STERF DEN 4 DECEMBER 1625

Latine Sic.

NOMINE LAMBERTUS, PRÆNOMINE PULCHER, AT ARMIS
PULCHRIOR, HENRICI JACET HOC SUB-MARMORE NATUS,
HISPANOS QUOTIES TUMIDOS DEMISIT AD ORCUM?
ATQUE TRIUMPHATOS VICTOR DERISIT IBEROS?
SUMMA VIRI VIRTUS, CUM MAJESTATE DUCALI,
MULTOTIES DOMITIS CELEBRATUR NOMINE TURCIS.
NEPTUNO FERAMICUS ERAT, MARTIQUE PROPINQUUS,
QUOS COLUIT, QUAMVIS VULTUQUE ET LUMINE TORVOS.
UTQUE FRAGOR TONITRUS DIRO CUM FULMINE MIXTUS,
MORTALES TERRET, PAVIDUM SIC REDDIDIT HOSTEM.
MIRATA EST DUNKERKA DUCEM, MIRATAQUE CALPE,
ET FORTUNATÆ CUI SORS DEDIT INSULA NOMEN;
INCURVARE GENU NEQUE DENEGAT INSULA THOMÆ.
PHÆBÆI CURSUS SCRUTATOR, NEMINE VICTUS,
VIVERE CUM PRIMUM, TUNC PRIMUM VINCERE CESSANS.
MACHINA NON PULSU, NON PULCHRUM SUSTULIT ICTUS;
SED MORS OMNIVORAX, NEC PULCHRIS PARCERE SUETA.
ARCHITHALASSUS ERAT POST PRIMUM PRIMUS, AHENUM

CUI FVERAT PECTVS, CVI CORDI FERREA FIBRA,
BELLIGERAT PATRIÆ DVM CIRCVMVOLVITVR ANNUS,
TER NOVIES, NOVIESQUE SEMEL, DUX ILLE FIDELIS.
DUM VIXIT, TITAN CÆLESTIA SIGNA PERERRANS,
QUINDECIES DENOS SEX MENSES ADDIDIT ORBI:
TUNC FAMAM LINQUENS TERRIS, PETIT ARDUA CÆLI
MENS, SUMMO FRUITURA DEO, JAM CARCERIS EXPERS.
ORDINE SEXCENTIS ANNIS ET MILLE ROTATIS
ADDE QUATER SENOS, CVM JAM GYRANTE SEQUENTE
PHÆBUS AGIT CURRUM, DECIMO SEXTOQUE KALENDAS
APRILIS, PULCHER PVLCHRO REQVIEVIT HONORE.

HIC ETIAM JACET SEPULTA NELTJEN AERTS UXOR PVLCHRI LAMBERTI VICE ARCHITHALASSI. Defuncta 4. Decemb. 1625.

Templ. Magno Rotterodami.

DE EDEL HEER
JOHAN DE LIEFDE RIDDER,
VICE ADMIRAEL
VAN HOLLANT EN WESTVRIESLANT,
STERF DOOR EEN KANON KOGEL,
IN 'T LESTE GEVECHT
TEGEN DE VLOOTEN DER TWEE KONINGEN, IN 'T SLAEN VOOR DESE KUSTEN, DEN 21 AUGUST. 1673.

DE

DE LIEFDE D'EER DER MAES RVST ONDER DESEN STEEN,
DIE IN ACHT KRYGEN EN VERVAERLYCKE ORLOOGS TOCHTEN,
DEN TEEMS, DE SEINE EN ZONT, EN IBER, HEEFT BEVOCHTEN.
EN WINNAER AEN DEN TAEG VERTOONDE SYN TROFEEN;
DE FAEM TER GRAFZERK VAN DEN ZEEHELT VYT GEBORSTEN
STREKT HEM EEN TOMBE LANGH VERSCULDIGHT AEN SYN SWAERT,
VERVULT AL 'T AERDRYCK MET SYN GLORIE EN VERVAERT
NOCH MET DE SCHRICK SYNS NAEMS DE VYANTLYCKE VORSTEN.
AL WERT DE ZEE GEVERFT MET SYN DOORLUCHTIGH BLOET,
EN 'T LICHAEM HIER VERGAET, NOCH LEEFT HY DOOR SYN MOET,

J. ANTONIDES VAN DER GOES.

Latine Sic.

NOBILIS DOMINUS
JOHANNES DE LIEFDE EQUES,
VICE ARCHITHALASSIUS
HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ
PEREMPTUS GLOBO TORMENTI MAJORIS
IN ULTIMO PRÆLIO
ADVERSUS CLASSES DUORUM REGUM
IN PUGNA ANTE HÆC LITTORA
12. KAL. SEPTEMB. 1673.

CONDITUR HOC SAXO FAMOSÆ GLORIA MOSÆ
LIEFDE, CLUENS BELLIS BIS QUATUOR; ILLE TREMENDIS
IMMISTUS, TAMESIN, SEQUANAMQUE AGGRESSUS, IBERUM
INVASIT, CODANUMQUE SINUM, MAVORTIUS HEROS;
EXPANDITQUE TAGO VICTRICIA SIGNA PAVENTI.
INDIGNANS SUA FAMA TEGI PERRUMPERE SAXUM.
PRÆVALUIT, NOMENQUE VIRI RESONARE PER ORBEM
HEROIS, TERRAMQUE SUA CUM LAUDE REPLERE.
NOMEM ADHUC RECITES, HOSTILIA CORDA MICABUNT.
PRINCIPIBUS, TOTOSQUE STATIM TREMOR OCCUPAT ARTUS:
SIT LICET IPSA THETIS GENEROSO SANGUINE TINCTA;
SIT, PEREAT CORPUS; VIVET VIRTUTE PERENNIS.

SCHEVELINGÆ.

In 't Jaer van 't ſeventigh ende vijftien hondert,
Gebeurdet hier 't Schevelingh op alderheyligen dagh,
Zeewater liep in deſe kerck elck verwondert,

Drie

Drie voet ende 11 Duym hoogh als men doen ſach,
Oock mede aen den hoogh Autaer, hoort dit gewagh:
Ende in de Sacriſtie en de Kercken Comptoor met liſt,
Omme werpende met des waters geſlach,
Eenen grooten ſwaeren yſeren Kiſt,
Men heeft'er wel hondert en 28 huyſen gemiſt,
Ende weynigh zijnder ongeſchent gebleven,
Die Schepen waeren door 't dorp gedreven.
Doende groote ſchade, elck maeckt daer of mentie,
Drie menſchen verdroncken gelaten het leven,
Dus was hier grooten Druck beleven.
Waerom het geſchiede, laet ick Godt die Sententie.

Alder Heyligen Dach

Schevelingh 't water beklagen mach.

Heere uwen wille geſchiede.

La-

Latine Sic.

Anno 1570 accidit Schevelingæ die omnium Sanctorum quod aqua MARIS in hoc Templum irruit quilibet admirabundus tres pedes & undecem Pollices Alta, ut tunc conſpectum fuit; etiam ad Altum Altare, in Sacrarium & Cameram Rationum hujus Templi, evertens ejus vi Ciſtam quandam magnam gravem ferream. Deſideratæ ſunt quidem domus 128. & Paucæ remanſerunt inviolatæ.

Naves per Pagum actæ erant facientes Magnum Damnum, quilibet de hoc mentionem facit: Tres homines aquis obruti periere. ita ut hic in magno luctu viveretur.

Cur factum ſit Deo relinquendum.
Die omnium Sanctorum
Schevelinga de Aqua poteſt conqueri.
Domine fiat voluntas tua.

VIATOR.

Quiſquis hanc Deo Sacram ædem ingrederis ne admirabundus neſciens quid quis-

quiſve ſim fors regrediare, ex me ſi placet, me noſcito. Cætus ingens ſui; longum grave, latum os, quod vides, cranium eſt meum; ventorum & fluctuum vi prope Schevelingam, xx. January Anno CIↃ. IↃC. XVII. adactus ſum. Myriades hominum non ſine Stupore me conſpexerunt.

Deum, Tuum, Time,

Magna ſolo Majora Salo qui corpora nutrit.

O Leſer, wie ghy zijt, miſſchien uyt verre Landen
Gekomen, om te zien, de Zee en haere ſtranden,
Wat meynt ghy dat ick ben? wat is 't dat ghy ziet ſtaen?
Denckt wat ghy dencken kunt, waer voor ziet ghy my aen?
Voor Thetis oude wiegh, of voor Neptuni wagen,
De wagen die hem placht Ooſt, Weſt, Zuyd, Noort te dragen,
Op 't glaſigh golvigh velt? of om dat ik ſy plat,
Voor Amphitrites ouw verſleete baeckermat?

O Neen!

O neen! ick heb gehad, tong, tanden
lijf en leven,
Ja oock veel meerder breyns in 't hooft als
al de ſeven,
Voogh-wijſen, van het wijt-vermaerde
Grieckenlandt,
Al evenwel ick was ſtom, dom, jel van
verſtant.
Een ander dier blijft ſtom als 't leven is ge-
weken,
Maer ick begin nu eerſt na mijne dood te
ſpreken.
O Leſer, hoe ſoud ghy doch weten wie
ick waer
So ick uw dit niet ſelfs en ſeyde rondt en
klaer?
Ick hebbe met mijn ſtert de holle zee bere-
den,
Ick heb het zoute diep met vinnen door
geſneden,
Tot dat ick hier ontrent door 's winds ont-
ſtuyme kracht
En 't aenſtaen van de zee, op ſtrande wiert
gebracht.
De luy van alle Staet, die quamen my
begroeten,
En elck een die madt, mijn lenght met
ſijne voeten.

Ruym ſes-en-vijftigh voet wiert ick bevonden groot,
So als ick op het ſtrant in mijne traen lagh doot.
Dit hoogh hol wijde been, is 't hooft van mijne leden,
Tot een memoriael geſtelt aen deſe ſtede.
Nu weet ghy wat ick ben, geen Wagen, Wiegh of Mat,
Maert Potwals Hooft, vaert wel, bedenkt den armen wat.

Latine Sic.

Qui venis huc Lector, pelagus pelagique tueri,
Littora, longinquis forſan peregrinus ab oris,
Perpendas animo quid ſim; tibi qualis Imago,
Occurrit noſtri, tua quæ ſententia profer.
Quid? me pro Thetidis cunis reputare vetuſtis
Vel pro Neptuni curru cenſere veloci,
Fert animus? curru, Dominum qui ferre per arva,
Vitrea, per Campos liquidosque ſolebat aquarum.

Solis

Solis ad exortum Zephyrum Boreamque Notumque.
Aut Amphitrites detritam credere corbem,
Vimineam, quoniam mihi ſit tam plana figura,
Corbem, qualem adhibet Batavorum ſedula nutrix,
Faſciolis pueros ſatagens involvere parvos.
Nil minus; aſt habui dentes in corpore vivo,
Cum lingua, Cerebri plus obtigit & mihi ſoli,
Quam decantatis ſeptem ſapientibus illis,
De quibus elatê Ceberrima Græcia jactat.
Quid cerebrum jacto? Pudet heu! ne temnite faſſum:
Mentis inops vixi, vixi Sermonis & impos.
Mortali cuivis linguæ mors abripit uſum.
Oro fidem dum mira cano; mihi morte ſoluta
Lingua fuit, primum mihi mors dedit eſſe locutum.
Candide qua poſſis quid ſim cognoſcere Lector
Si non enarrem tibi candidus ipſe libenter?

Per mare ferre cavum me propria cauda ſuevit,
Nec ſalſum metui pelagus perſcindere pinnis,
Me Scheveringanum donec prope littus adegit
Effera vis venti, rabiesque immanis aquarum:
Meque ſalutatum ſexus dum venit & ordo
Quilibet humanus, mihi quæ menſura probavit.
Plus quinquaginta compertus ſex pedibusque
Longus ego Jacui, nondum pinguedine dempta.
Os tu quod vacuum, vaſtum, quod cernis & altum,
Grandis erat quondam capitis Calvaria noſtri,
Hic ſita', quod memoret Scheveringaque ſpectet in ævum.
Scis tè nec Currum Corbem Cunaſve videre,
Sed caput ingentis Ceti prægrande; valeto
Lector, at hoc moneo, quidvis donabis egenis.

Cranium hoc Ceti latum eſt 8 pedes, longum 15 pedes, altum 8 Spithamas.

Non veſtram variis bonis abundans
Tellus, o genitor: manum benignam,
Sentit ſola, ſed æquor intumeſcens;
Quod complectitur ambitu patentes
Terras: in fluctubus in ſinu profundo
Cujus, Squamigeras natare gentes
Cernas, innumeras tremenda viſu
Tetra ingentia, efferata monſtra:
In quo veliferas naves Aprico
Grandes cingere ſole, nauta cetos,
Miratur, liquidis ſtudet ſub undis,
Hos collidere molliter ſubinde.

Wynandus Schuilius

Paſtor Eccleſiæ Scheveringanæ

Fecit XX. Januarij Anno CIↃ. IↃC. XVII.

LAUSDUNI.

Pagus hic HAGÆ COMITIS vicinus eſt, ſeſquihoræ ſpatio plus minus ab ea Diſſitus, in Cujus Templo Sepulchrum Comitiſſæ viſendum eſt quæ uno partu 365 infantes enixa eſt, qui omnes ſimul & ſemel in duobus ex ære pelvibus prius Baptizati, uno eodemque Die cum matre fatis functi ibidem loci ſunt ſepulti. IPSISSIMOS

ETIAM

ETIAM PELVES VIDI QUÆ SUPRA TABULAM AD PARIETEM POSITÆ SUNT IN MONUMENTUM SEMPITERNUM, cum hac Inſcriptione Batavica

IN DESE TWEE BECKENS ZYN ALLE DESE KINDEREN GEDOOPT.

Latine Sic.

HÆ SUNT IPSISSIMÆ DUÆ PELVES IN QUIBUS OMNES HI INFANTES BAPTIZATI SUNT.

Hiſtoria mirabilis hujus rei dupliciter tradita eſt & Belgice & Latine, tabulæ inſcripta, & ad Parietem ſuſpenſa, ut ab omnibus legatur: quæ Latine conſcribitur hæc eſt.

En tibi monſtroſum nimis & memorabile factum,
Quale nec à Mundi conditione datum.

MARGARETA HERMANNI, COMITIS HENNENBERGIÆ UXOR, QUARTI FLORENTII COMITIS HOLLANDIÆ ET ZELANDIÆ FILIA, GUILHELMI REGIS ROMANORUM, AC POSTEA CÆSARIS SEU GUBERNATORIS IMPERII, ATQUE ALITHEIÆ COMITIS HANNONIÆ SOROR, CUJUS

PATRUUS EPISCOPUS TRAJECTENSIS, AVUNCULI AUTEM FILIUS DUX BRABANTIÆ, ET COMES THURINGIÆ. Hæc autem ILLUSTRISSIMA COMITISSA annos quadraginta duos circiter nata, ipſo die Paraſceves nonam circiter horam, anno milleſimo, ducenteſimo, ſeptuageſimo ſexto, trecentos ſexaginta quinque enixa eſt pueros, qui prius à GUIDONE SUFFRAGANEO TRAJECTENSI omnes in duabus ex ære pelvibus baptiſati ſunt: quorum maſculi quotquot erant, Joannes, puellæ autem omnes Eliſabethæ vocatæ ſunt, qui ſimul omnes cum matre uno eodemque die fatis conceſſerunt, atque in hoc Lauſdunenſi Templo ſepulti jacent. Quod quidem accidit ob pauperculam quandam fœminam, quæ ex uno partu gemellos in ulnis geſtabat pueros, quam rem ipſa Comitiſſa admirata, dicebat, Id per unum virum fieri non poſſe, ipſamque contumelioſè rejecit. Unde hæc pauperecula animo perturbata, ac perculſa, mox tantum prolium numerum ac multitudinem ex uno partu ipſi imprecabatur, quot vel totius anni dies numerarentur. Quod quidem præter naturæ curſum obſtupenda quadam ratione ita factum eſt; ſicuti hic

in

in perpetuam hujus rei memoriam ex vetuſtis, tam manuſcriptis, quam typis excuſis, Chronicis, breviter poſitum & enarratum eſt. Deus illę ter maximus hac de re ſuſpiciendus, honorandus, ac laudibus extollendus in ſempiterna ſecula, Amen.

Hæc lege, mox animo ſtupefactus Lector abibis.

GORCOMII.

Inter PRINCIPALES HOLLANDIÆ connumerari ſolet hæc CIVITAS; quæ licet ob ambitus capacitatem, Platearum amplitudinem, ſtructurarum Decus, Portus convenientiam, ſpectabilis ſit; tamen DUAS PRECIPUE OB CAUSAS, PRÆCLARUM ADEPTA EST NOMEN.

1. OB CONCURSUM TRIUM FLUMINUM IN CONFINIIS EJUS, VAHALIS NEMPE, MOSÆ ET LINGÆ, quorum duo priora Seſquilapidis (præter propter) ab urbe ſpatio, ſuperius in u-

num confluunt, Idque maximum flumen; quod paulo poſt urbem præter fluens, ac mænia ejus alluens, tertium illud (Lingam videlicet Urbem prius perfluentem) abſorbet.

2 OB INVICTA IPSIUS MÆNIA, QUÆ (PRÆSERTIM IN TANTORUM FLUMINUM CONFLUENTIA POSITA) NON CIVIBUS SOLUMMODO PROPRIIS (IMO ET PAGIS AC URBIBUS VICINIS) SED TOTI SIMUL HOLLANDIÆ TUTELAM PRÆBUIT, ET IMPETUM AC RABIEM HISPANORUM REPPULIT,

Quo nomine, ab Hiſtoricis paſſim & Poetis, ſummis Laudibus Celebratur: unde CASP. BARLEUS in Encomiis ejus ad præcipuas Hallandiæ Urbes, ſic canit;

Adſpicit invictis hanc cinctam mænibus urbem,
Quem Vahalis, vel quem flumine Linga vehis.
Adſpicit Heſperiis quæ propugnacula bellis:
Quam fremat excuſſis machina crebra pilis.
Adſpicit adverſo quantum ſe opponat Ibero,
Invigiletque ſuis Martia dextra focis.

Sic

Sic didicit bellare ſibi, nec milite ſolum
Tuta, ſed ipſa ſuis civibus eſſe cupit.
Erkeliis quondam ſubmiſit ſceptra Dynaſtis:
Hæc quoque jam damnans nomina tota ſua eſt.
Cur toties Batavum depingis Belga leonem?
Qui Patriam Cuſtos aſſerit, iſte leo eſt.

Nec minus præſtavit in nupera illa Gallorum illuvie Anno 1672, quâ in ſemeſtri ſpatio, triginta Urbes, & Oppida muris cincta ſunt abſorpta: QUAMVIS ENIM REX GALLIÆ, CUM INGENTIBUS COPIIS IRRUPTIONE ISTA GORCOMIO TENUS PENETRAVIT; TAMEN URBS HÆC NE PLUS ULTRA EIS PRÆSCRIPSIT; NEC PLUS GLORIÆ IPSE REX AB URBE DEPORTAVIT, QUAM EX VENI TANTUMMODO ET VIDI PROVENERIT, QUÆ EX VICI ORITUR, OMNINO EI DENEGATA; UNDE HAUD IMMERITO PRO VALIDISSIMO TOTIUS HOLLANDIÆ (EA REGIONE) PROPUGNACULO, ET QUASI CLYPEO HABETUR; ET OPTIMO QUIDEM JURE EPIGRAPHEN QUÆ SUPRA PORTAM EJUS (QUÆ AQUAM SPECTAT) LEGITUR IN SYMBOLUM SIBI VENDICAT, UTPOTE REAPSE AB IPSA SÆPIUS COMPROBATAM.

CIVITAS IN QUA MAXIME CIVES LEGIBUS PARENT, ET IN PACE BEATA, ET BELLO INVICTA 1642.

IN TEMPLO HUJUS CIVITATIS TABULA AMPLISSIMA SUSPENDITUR QUÆ HISTORIAM PERANTIQUÆ AC NOBILISSIMÆ FAMILIÆ ERKELIORUM (UT QUIDAM OPINANTUR AB HERCULE DERIVATÆ) CONTINET, OLIM TERRÆ ERKELÆ ET GORCOMII DYNASTARUM, secundum succeſſionis in Dynaſtia ſua ſeriem, ab anno 1212 ad annum XIIIIc XVII: quæ Dynaſtia licet aliquot abhinc Centuriis ſit abolita, nihilominus cum NOTABILIA QUÆDAM COMPLECTITUR HISTORIA DE EPOCHA URBIS CONDITÆ, ETIAM ET TEMPLI, NEC NON DE REBUS GESTIS ARKELIORUM, Eam lingua primum Vernaculâ, ipſiſſimis verbis tranſcribi, & poſthac è Lingua Batavica in Latinam transferri dignam arbitratus ſum: ADDITA ETIAM EXPLICATIONE, FACINORIS CUJUSDAM RARISSIMI A DOMINO JOANNE DECIMO ERKELÆ DYNASTA PATRATI, ET JMAGINIS IPSIUS, SECUNDUM REI CIRCUMSTANTIAS, AD VIVUM INFERIUS IBIDEM IN TABULA DEPICTÆ; quo facinore liquet eum, quod ad vires corporis, etiam & animi, ipſi Herculi (quem aliqui progenitorem ſuum tradunt) ſi non omnibus numeris Parem, certe quam pauciſſimis imparem ſe præſtitiſſe.

IOHANN VAN ARCKEL DE NEGENSTE HEER WILT DIT VOLGENDE D'CHRONIJKEN ONTHOUWEN,
HEEFT ANNO 1212. TOT 'SLANDS EER DE STADT GORCOM EN DESE KERKE DOEN BOUWEN.

TOMBE EN SEPULTURE DES HEER JOHANNES DE X. HEER VAN ARCKEL GENAEMDE DE STERCKE, OM DAT HY SLAENDE SIJN HAND OM EEN BALK, EN PAERT MET SIJN DYEN VAN DER AERDEN OPHIEFT, DAT HET LUYDE SKREYT VAN PIJNE. STERF ANNO XIIc. LXXII. DEN XV. MEY. ENDE LEYT ALHIER BEGRAVEN, MET SIJN HUYSVROUW BARTHA, EEN DOCHTER DES EDELEN GRAVE VAN OCHSTEN EN VAN DER BETUE.

ITEM, LEYT ALHIER NOCH BEGRAVEN JOHAN ZIJNEN SOON DEN XI. HEER VAN ARKEL, DE WELCK VOOR DE INWOONDERS DER STEDE VAN GORNICHUM ENDE DEN LANDE VAN ARKEL, DOOR SIJN GROOTE VROOMIGHEYT, VAN HARTOG JAN VAN BRABANT DE EERSTE VAN DIE NAME, VERWORVEN HEEFT VEEL SCHOONE PRIVILEGIEN, ENDE WERT VERSLAGEN BY ALKMAER Aº. XIIc. XCVII. DEN XXVI. DAGH VAN MAERT.

JOHANN SIJNEN SOON DE XII. HEER VAN ARKEL, WERT IN SIJN TYT PRINCE GEMAEKT VAN DEN TOURNOY DER RIDDEREN TOT KEULEN, STERFT Ao. XIIIc. XXIIII. OP DEN KARSNACHT TEN TWAELF UREN, ENDE LEYT HIER BEGRAVEN MET SIJN HUYSVROUW ERM. GAERT VAN VOOREN, DE WELK STERF Ao. XIIIc. XVIII. DEN XXV. FEBRUARY.

NOCH LEYT ALHIER BEGRAVEN JOANN DEN XIII. HEER VAN AKKEL, DIE TOT EENDER VROUW HAD ERMGAERT, DES GRAVE OTTEN DOCHTER VAN CLEEVE, DAER HY VEEL KINDEREN BY WANNE; NAMELIJCK SEVEN SOONEN ENDE TWEE DOCHTEREN, DIE HY YDER BY SIJN LEVEN HAER GOEDEREN ORDINEERDEN, ENDE STERF Ao. XIII. Lv. OP DEN XXIII. FEBRUAR.

OTTO SIJN SOON DEN XIIII. HEER VAN ARKEL, HAD TOT EENER VROUW ELIZABET THYBAUTE, DOCHTER DES HARTOGS VAN BAYRA ENDE CORTRYCK; HY GAF DIE STEDE VAN GORINCHEM HAER PRIVILEGIEN EN HANTVESTEN, ENDE STICHTE ALDAER EEN CA-

CANONISIE, ENDE STERF XIIIᵉ· XC. VI DEN XXVI. MAERT, ENDE LEYT MEDE HIER BEGRAVEN IN SIJN VOOROUDERS TOMBE.

JONCKER WILLEM VAN ARKEL EEN SOONS SOON VAN HEER OTTO VOORNOEMT, WERT BINNEN GORINCHEM VERSLAGEN IN DE KREYTSTEEGH. Aº.1417. DEN EERSTEN DECEMB. ENDE LEYT ALHIER MEDE BEGRAVEN IN SIJN VOOROUDERS GRACHT ENDE TOMBE.

Latine Sic.

A CHRISTO NATO BIS SEX NUMERA-
VERIS ANNOS,
BIS CENTUM BINIS QUINGENTIS INDE
COADDES;
JAM TUNC ERKELIUS NONUS DYNA-
STA JOHANNES,
(SI QUA FIDES CHRONICIS) BATAVÆ
PRO GENTIS HONORE,
CORCOMII TEMPLUM CONDI CURA-
VIT ET URBEM.

SEPULCHRUM DOMINI JOHANNIS DECIMI DOMINI ERKELÆ QUI COGNOMINATUS FUIT ROBUSTUS, QUIA MANU COMPLECTENS PORTAM PENSILEM EQUUM SUIS FEMORIBUS E TERRA

TERRA SUSTULIT, UT PRÆ DOLORE ALTA VOCE EQUUS EJULAVERIT; MORITUR ANNO XIIc, LXXII. IDIB. MAIJ ET JACET HIC SEPULTUS, CUM SUA UXORE BARTHA, FILIA NOBILIS COMITIS VAN OCHSTEN ET BETUÆ.

In hâc eâdem Tabula Depingitur hic Heros, Cataractam seu Portam pensilem urbis, manu comprehendens & Deprimens, ac in ipso conamine equum cui insidebat femoribus suis arctissime complectens, & ex humo (quamvis & summis viribus contraluctantem) elevans; quam rem hunc in modum contigisse Edituus istius Templi mihi narravit.

Cum in obsidione quadam Urbis hujus eruptio facta est contra hostes, etiamsi tantus Heros agmen ducebat, res malè cessit; erumpentes ab hoste sunt repulsi & fugatos Hostis ad calcem premebat, ad portam usque: ipse (Dux Fortissimus) agmen cogens, equo insidens, Cataractam manu apprehendens, adeo festinanter eam depressit, ut Hostem (tantum non portam intrantem) in ipso fere ingressus articulo prohibuit, & Urbem tutavit.

ITEM

ITEM JACET HIC INSUPER SEPULTUS JOHANNES EJUS FILIUS XIus DOMINUS ERKELÆ QUI INCOLIS URBIS GORINCHOMII, ET DITIONI ERKELÆ, SUA MAGNA VIRTUTE, A DUCE BRABANTIÆ JOANNE EJUS NOMINIS PRIMO, IMPETRAVIT MULTA PULCHRA PRIVILEGIA, ET CÆSUS EST PROPE ALCMARIAM A°. 1292. 7. KAL. APRILIS.

JOHANNES EJUS FILIUS XII. DOMINUS ERKELÆ, SUO TEMPORE FUIT FACTUS PRINCEPS TORNAMENTI, INTER EQUITES COLONIÆ; MORITUR A°. 1324. NOCTE NATALIS CHRISTI, HORA DUODECIMA, ET JACET HIC SEPULTUS, CUM UXORE ERMGARDA A VOOREN, QUÆ MORIEBATUR. A°. 1318. 5. KAL. MARTIJ.

ADHUC JACET HIC SEPULTUS JOANNES XIII. DOMINUS ERKELÆ, QUI IN UXOREM HABEBAT ERMGARDAM FILIAM COMITIS CLIVENSIS OTTONIS; APUD QUAM PLURIMOS LIBEROS GENUIT, NEMPE SEPTEM FILIOS ET DUAS FILIAS, QUIBUS SINGULIS SE VIVO SUA BONA ASSIGNARET, ET MORITUR A°. 1355. 7. KAL. MARTIJ.

OTTO

TERRA SUSTULIT, UT PRÆ DOLORE ALTA VOCE EQUUS EJULAVERIT; MORITUR ANNO XIIc. LXXII. IDIB. MAIJ ET JACET HIC SEPULTUS, CUM SUA UXORE BARTHA, FILIA NOBILIS COMITIS VAN OCHSTEN ET BETUÆ.

In hâc eâdem Tabula Depingitur hic Heros, Cataractam seu Portam pensilem urbis, manu comprehendens & Deprimens, ac in ipso conamine equum cui insidebat femoribus suis arctissime complectens, & ex humo (quamvis & summis viribus contraluctantem) elevans; quam rem hunc in modum contigisse Edituus istius Templi mihi narravit.

Cum in obsidione quadam Urbis hujus eruptio facta est contra hostes, etiamsi tantus Heros agmen ducebat, res malè cessit; erumpentes ab hoste sunt repulsi & fugatos Hostis ad calcem premebat, ad portam usque: ipse (Dux Fortissimus) agmen cogens, equo insidens, Cataractam manu apprehendens, adeo festinanter eam depressit, ut Hostem (tantum non portam intrantem) in ipso fere ingressus articulo prohibuit, & Urbem tutavit.

ITEM

ITEM JACET HIC INSUPER SEPULTUS JOHANNES EJUS FILIUS XIus DOMINUS ERKELÆ QUI INCOLIS URBIS GORINCHOMII, ET DITIONI ERKELÆ, SUA MAGNA VIRTUTE, A DUCE BRABANTIÆ JOANNE EJUS NOMINIS PRIMO, IMPETRAVIT MULTA PULCHRA PRIVILEGIA, ET CÆSUS EST PROPE ALCMARIAM A°. 1292. 7. KAL. APRILIS.

JOHANNES EJUS FILIUS XII. DOMINUS ERKELÆ, SUO TEMPORE FUIT FACTUS PRINCEPS TORNAMENTI, INTER EQUITES COLONIÆ; MORITUR A°. 1324. NOCTE NATALIS CHRISTI, HORA DUODECIMA, ET JACET HIC SEPULTUS, CUM UXORE ERMGARDA A VOOREN, QUÆ MORIEBATUR. A°. 1318. 5. KAL. MARTIJ.

ADHUC JACET HIC SEPULTUS JOANNES XIII. DOMINUS ERKELÆ, QUI IN UXOREM HABEBAT ERMGARDAM FILIAM COMITIS CLIVENSIS OTTONIS; APUD QUAM PLURIMOS LIBEROS GENUIT, NEMPE SEPTEM FILIOS ET DUAS FILIAS, QUIBUS SINGULIS SE VIVO SUA BONA ASSIGNARET, ET MORITUR A°. 1355. 7. KAL. MARTIJ.

OTTO EJUS FILIUS XIV. DOMINUS ERKELÆ HABEBAT IN UXOREM ELIZABETHAM THYBAUT, FILIAM DUCIS BAVARIÆ ET CORTRIACI; DABAT URBI GORINCHOMII SUA PRIVILEGIA, ET IMMUNITATES, ET ÆDIFICABAT CANONICUM IBIDEM, ET DEFUNCTUS EST 1396. 7. KAL. APRILIS ET JACET HIC QUOQUE SEPULTUS IN HEROO MAJORUM SUORUM.

NOBILIS WILHELMUS AB ERKEL EX FILIO NEPOS, DOMINI OTTONIS SUPRA NOMINATI; COEDITUR IN DIVERTICULO URBIS HUJUS DE CREIT STEEGH APPELLATO, Ao. 1417. KAL. SEPTEMBRIS, ET JACET HIC QUOQUE SEPULTUS IN MAJORUM HEROO.

Memoriæ Georgij Cruyden.

Hac tumulatus humo variis celebratus in oris
Artis Apelleiæ Nobilitate Jacet.
Quem Thameſis quem ſæpe Gelas Liger Albula Rhenus
Incolumem dubiis ſuſtinuere vadis,
Quem pater Oceanus, Scylla & furibunda Charybdis
Servarunt placidis Linga peremit aquis.

OBIIT XVIII. KALEND. MEIJ Ao. 1643. *ibid.*

GOU-

GOUDÆ.

Singulos Dies Singulas
vitas Puta.

JUSTI A BALBIAN.
FLANDRI, ALOSTANI,
PHILOCHYMICI,

Ejuſque Hæredum,
Sepulchrum.
Ille Heri. Ego Hodie.
Tu Cras.
Obiit Anno 1616.

Proſopopæia.
Honeſtiſſ. Juvenis Theodori Verwerf.
in ipſo vere ætatis rapti,
Anno 1623. Octob. Die 7.

Fortaſſe cujus ſit tumulus, celer
Neſcis viator, ni pigeat mane,
Et diſce quid celata verba
Hâc tabulâ doceant tuentem.

Meum ſorores lanificæ cito
Traxere filum, me Libitina atrox

Dum

Dum vernat aptæ flos Juventæ,
Non remorante manu peremit.

Crudele fatum non virides mei
Anni, nec ætas candida, nec pius
Virtutis ardor, dimovere
Propoſito potuere parcas.

Crudele fatum, ſceptra ligonibus,
Senem Juventæ, celſa palatia
Æquans tabernis, ſemper æqua
Falce rapit, rapietque gentes.
J. Langius.

Ibid.

Chronologia,

IN OBITUM REVERENDISS. GRAVISS. DOCTISSIMIQUE VIRI D. PAULI TRAUDENII RECTORIS SCHOLÆ GOUDANÆ DUM VIVERET CELEBERRIMI.

Obiit 1602.

MagnVs In haC parVa paVLVs traVdenIVs Urna
ChrIIsopoLI reCtor bIs trIa LVſtra CVbat.

Aliud.

fœLIX goVda tVo reCtor CLarIssIMe dVCtV.
qVo PIetas arteIs qVo VIget ordo sChoLIs.

Pen-

Pentaſtichon in obitum ejuſdem

Si bene de Batavis ſtuduit quis Paule mereri,
Tu meritò primos inter habendus eris.
Pro rector Delphis luſtrum, Woerdæque Decennis
Rector, & hic Goudæ bis tria luſtra Doces.
Quid tibi non Debet hæc noſtra Batavia multos,
Palladiâ Patriæ Dum facis arte Patres?
Qui clavum tenuere, ratem jactantibus Auſtris,
Quique hodie ſummâ non ſine laude tenent.
Hic igitur corpus requieſcit, Gloria mundo,
Mens æterna Deo vivit, & aſtra petit.

Ibid

IN OBITUM DOCTISSIMI, MODESTISS. JUVENIS, D. THEODORI TRAUD. P. F. EJUSDEM SCHOLÆ DUM VIVERET RECTORIS VIGILANTISSIMI.

OBIJT 1607.

Et tU sUCCeſſor patrIæ VIrtUtIs & artIs,
VIX LUstrUM heU! reCtor hIC theodore IaCes.

Ante Diem raperis cælebs, vernante juventâ;

Ante Diem Patriâ contumularis humo.
Scilicet hoc cæli placuit terræque Monarchæ,
Sis individuus ut Patris uſque Comes.

Ibid.

IN OBITUM DOCTISS. ET MODESTISS. VIRI D. GULIELMI TRAUD. P. F. EJUSDEM SCHOLÆ RECTORIS DUM VIVERET, VIGILANTISSIMI.

Obiit 1614.

TUqUoqUe Lege parI hâC tegerIs GULJeLMe sUb Urna,
GoUdanæ reCtor VIX dUo LUſtra sChoLæ.
Tu fratri, frater patri ſucceſſit, & eheu?
Mox raperis fratris fis comes atque Patris
Sic viſum eſt ſuperis, qui vos hoc ordine fati
Nolunt præſtriptum tranſiliiſſe Diem.
Fælices omnes, quos tot labentibus annis,
Pubis Apollineæ cura laborque juvat.
Fælices Pater & nati, quos carne ſolutos,
Participes regni vult Deus eſſe ſui:
Et quibus Æternam poſt tot tantoſque labores
Inter cælicolas Donat habere ſcholam.

ibid.

IN-

IN OBITUM LECTISSIMÆ FÆMINÆ THEODORÆ GERARDI, PAULI TRAUDI UXORIS.

Obiit 1620.

TUqUe UXor theodora tUI CharIssIMa paULI
TraUdenIo hIC ConIUnX, ConIUge dIgna IaCes.

Annus 1622. quo hæc posita sunt.

HaC CeCInIt Charo patrI MatrIqVe parentans
NatVs, & hæC fratrI frater, UtrIqVe CanIt,
Mærens Gerardus Traud. P. F.

ibid.

MEMORIÆ SACRUM.

DN. ADELHEIDI LANGIÆ, EMENDATISS. MULIE
BRIUM VIRTUTUM EXEMPLARI, QUÆ ÆTATE
JAM INGRAVESCENTE, VARIIS DEBILITATA
MORBIS, SUPREMUM SUUM DIEM CUM ÆTER-
NITATIS NATALI PLACIDISSIME MUTAVIT: EO
IPSO CONSECUTA QUOD DEUM OPT. MAX. ASSI-
DUIS OBTESTATA ERAT VOTIS NE INVITA HANC
VITAM EXIRET.

UXORI INCOMPARABILI HOC SAXUM MÆ-

STISS. POSUIT ÆMILIUS A ROSENDAEL
IN CURIA HOLLANDIÆ SENATOR

Defuncta loquitur,

CHARA MEO VIXI PER PLURES NUPTA MARITO
ANNOS, VICTA FEBRI MORTUA NUNC JACEO.
HIC MARTALI PLANGET MEA FUNERA LESSO,
SED NIL DEFUNCTÆ TRISTIUS ACCIDERIT.
SOLETUR MÆSTUM COMMUNIS FILIA PATREM,
MAGNAQUE FATALIS SIT MEDICINA MALI.
IMBUTIS CHRISTO SIC SUNT HUMANA FERENDA,
VELLE NIHIL QUAM QUOD JUSSERIT ORDO DEI
CHRISTUS PAX MEA.

ET TU LECTOR QUISQUIS ES IN TALI PACE VIAM
LETHI FORTITER CALCA, ATQUE INTERIM
VALE.

NATA GOUDÆ 8 NOVEMBRIS 1551. OBIIT HAGÆ
COMITIS 10 NOVEMB. NOCTU: CORPUS AUTEM
EJUS SUMMO CUM HONORE, A MAGISTRATU
GOUDANO SUBLATUM, IN HOC SACELLO CON-
DITUM EST 14. EJUSDEM MENSIS STYLO NOVO,
ANNO DOMINI 1613.

ibid.

CHRISTO SERVATORI SACRUM

ÆMILIO A ROSENDAEL I. CONſult. INTEGERRI-
MO CURIÆ HOLLANDIÆ SENATORI, IN DO-
MINO QUIESCENTI, MAGISTr. ADRIANUS COOL
J. CONSULT. GENER, CUM CHARISSIMA SUA
CON-

CONJUGE MARGARITA ROSENDALII HOC MÆSTI POSUERE.

Epitaphium.

PATRICIUS QUEM CINXIT HONOS, FASCESQUE SUPREMI,
QUEM TOGA, QUEM BATAVI PURPURA CONSILII.
QUI SUA DISTRIBUIT ÆQUALI PURA BILANCE,
TERRICULUM REPROBIS, PRÆSIDIUMQUE PROBIS.
QUEM GRAVITAS, QUEM PRISCA FIDES, QUEM CONSCIA RECTI
MENS, IN PERPETUUM CONCOMITATA FUIT.
HOCCE ROSENDALII TUMULANTUR MEMBRA SACELLO,
PARVAQUE NON PARVUM CONTINET VRNA VIRUM.
ERGO ANIMOS SUBMITTE DEO FASTUSQUE VIATOR,
HEROAS VIDEAS CUM POTUISSE MORI.

NATUS GOUDÆ 14 SEPTEMB. Ano. 1557.
MORTUUS HAGÆ COMITIS 14 JUNII.
CORPUS EJUS SUMMO CUM MÆRORÆ, HONORIFICE HAGA ELATUM, GOUDAM APPORTATUM, A MAGISTRATU DELATUM, HOC IN SACELLO CONDITUM EST 17 EJUSDEM MENSIS STYLO NOVO,

Anno Domini 1620.

Ibid.

MARITGEN DIEPHORST ADRIAENS D. ruſt den 26 April. Aº. ætat. ſuæ 67. C. 1636.

Hic MARIA DIEPHORST ADRIANO NATA recumbit,
Somnus adeſt placidus, non opus eſt Opio.
Ah! per luſtra decem, medicis Hærentibus, aſper
Calculus hic, utero dira gehema fuit.

Subtus hoc in loco, ſaxo Sepulchrali inſculpta eſt Icon Calculi hujus, Magnitudine Ovum gallinaceum fere æquans; formæ autem aſperrimæ, acuminatæ, & quadantenus Serratæ. MB. MD.

Ibid.

ΑΝΕΧΟΥ ΚΑΙ ΑΠΕΧΟΥ.
ΚΟΣΜΟΥ ΟΥΔΕΝ ΚΕΝΟΤΕΡΟΝ.

HIC ADRIANA CUBAT DE JONGE CHARA PER ANNOS
BIS DENOS MEDICO M. BLONCQ FUIT UXOR OVET.

Obiit 24. Maij Aº. 1632.
Ætatis 45.

EMOR-

EMORTUALE.

AGRICOLA ET MILES JUDEX QUÆSTOR POLIATROS
CONSUL COMARCHUS M-BLONCQ FUIT; ECCE CINIS.
AD ARCEM POELGEEST CONCEPTUS
OUDE REEWYCK NATUS 24. II. 1578.
BOSCOOP BAPTIZATUS
SENIS QUASI RENATUS 24. II. 1608.
GOUDÆ DENATUS 5. II. 1659.

Lijdt en mijdt.

Ibid.

Anno 1245.

BInsVeLtInVs eqVes, BeVerorVM fILIa ConIVX,
BEVERNINGIADUM NOMEN ET ARMA DABANT

Ibid

Den kLoecken zee capIteIn Ver-
Veen,
StoVt strIJDenD, en geqVetſt Voor
Ween,
GeſtorVen bInnen KoppenhaVen,
Is eerLIIk hier gebragt te graVen.

Latine Sic.

qVI modo magnanImus gLanDes ſpIrabat & Ignes,
moX LangVet Weenæ ConfoſſVs VULnere VeenUs.
hVnC anImam eXpsIrare sVam ViDet HafnIa fortem,
nobILe naVarChæ tanto dat GoVda ſepVLchrVm.

Obijt 2 Decemb. 1658.

Ibid.

M. DC. LXXVI.

DE MIDDELLANDTSCHE ZEE WAS 'T GRAF VAN MIDDELLAND,
NA DICKMAEL DOOR GESTREEN HEM 'T SCHIP BEGAE DOOR BRAND.

Latine Sic.

EN MEDIÆ TERRÆ MEDITERRANEUM MARE TUMBA EST,
(QUOD PERPUGNAVIT PRIUS IS) JAM NAVE PERUSTA.

Obijt Palermo 11 Junij.

Ibid.

In Templo hujus urbis ſuperius ante Chorum videnda eſt Hiſtoria ſtupendæ Conflagrationis ejuſdem Templi (quæ contigit anno milleſimo Quingenteſimo quinquageſimo Secundo, Januarij Duodecimo, horâ nonâ veſpertinâ) exortæ a tempeſtate ſupra modum impetuoſâ, non grandinis ſolummodo & ventorum violentiâ, ſed fulgure etiam & tonitru adeo terribili, ut omnibus perſuaſum fuit, Noviſſimum Diem quo in Judicium Dei citarentur Jam adeſſe, & revera fuit Dies iſte Judicialis; quamvis non Generalis totius Mundi, tamen Multis locis ſpecialis, ac Multis perſonis particularis. Multi enim Pagi ac homines, aquarum irruptione ab eadem tempeſtate Cauſata abſorpti perierе. Quod ad Templum omnium tunc temporis (Secundûm Scriptores) totius Belgii longe Celeberrimum, utpote non ſtructura tantum admodum Magnificum, ſed ſeptuaginta & duobus Altaribus ac vitris ſumptuoſiſſimis inſigne, & magnitudine Cunctis Templis Belgicis imo & iſto Coloniæ Agrippinæ famigerato Præcellens; incendium eo uſque Prævaluit, ut non ſolum preciociſſima prædicta, Diffracta ſunt, collapſa, & in fruſtula redacta, ſed organa Duo pneumatica triſti

quoque fato ſubmiſere ; ipſæ etiam Columnæ ab ignis violentia Diſruptæ, & totum templum combuſtum ac Dirutum jacebat. Conflagrationis Hiſtoria metrice conſcripta eſt tam lingua Batavicâ quam Latinâ.

Den Brandt van de Kerck.

'T JAER VIJFTIEN HONDERT TWEE EN VIJFTIGH DAER BENEVEN,
DEN TWAELFDEN D'EERSTER MAENT, SICH 'S AVONDS HEEFT VERHEVEN
EEN DONDER VREESLIJCK SEER, EN SCHRIK'LIJK BLIXEM SLAGH.
DEN TOREN EN KERCK DOOR DIES, MEN HIER AFBRANDEN SACH.
DOOR HAGEL, WINT, EN VLOED, OOCK QUAM INBREECK VAN DIJKEN,
DES WATERNOODT SEER GROOT, KOST MENIG NIET ONTWIJCKEN.
DANCK GODT MET HERTEN BLY, DAT DESEN BRANDT VOORSEYT,
HUIS, HUT, VEER OF NA BY, NOCH 'T VOLK DEED EENIG LEYDT.

IanVarI tWaeLf des bLIckseMs VIer,
aLs Godes WerCk,
deerLIJCk doe Verbranden s'aVondts hIer, de oUde kerCk.

DIT

DIT BOVEN WERCK GEWRACHT, EN DICHT TOT EEN GEDACHT.

Anno 1623.

Conflagratio hujus Templi.

MILLE ET QUINGENTIS ET QUINQUAGINTA DUOBUS
A CHRISTO NATO TACITE LABENTIBUS ANNIS,
BIS SENA JANI LUCE, HORA VESPERE NONA,
ACCIDIT HYBERNO TEMPESTAS HORRIDA CÆLO,
AGGERIBUS PASSIM VENTORUM TURBINE RUPTIS,
DIMISSISQUE POLO TONITRU NIVE GRANDINE NIMBIS;
CONCIDIT HÆC ÆDES HORRENDO FULMINIS ICTU,
INFLAMMASQUE ABIJT, TOTI SPECTABILIS URBI,
FINITIMISQUE LOCIS VICINISQUE URBIBUS HORROR:
ARBORIBUS TAMEN HUIC ÆDI DOMIBUSQUE PROPINQUIS,
OMNIBUS ILLÆIS, VISU AUDITUQUE STUPENDUM;

OM-

OMNIBUS INTACTIS A FLAMMÆ ET FULMINIS ICTU.

HOC POSITUM TEMPLO SERISQUE NEPOTIBUS ESTO.

Poſt combuſtionem primi hujus Templi, ex ejus ruderibus haud multo poſt exſtructum eſt aliud, altero illo priori multis numeris præcellens; præcipue vero vitris, non ſumptu ſolum, ſed artis peritiâ ac ſplendore, veteribus longe anteferendis. QUO NOMINE PER TOTUM TERRARUM ORBEM FAMA EJUS INCLARUIT, ADEO UT MULTI TAM A LONGINQUIS QUAM VICINIS REGIONIBUS PRÆCLARUM HOC TEMPLUM INVISUM VENIUNT, OB RARISSIMAM ARTIS CURIOSITATEM, QUÆ IN VITRIS SPECTATUR, ETIAM QUI NULLAM RELIGIOSAM HABENT PICTURARUM CONSIDERATIONEM: Quapropter & ipſe teſtis oculatus, aliqualem ſaltem horum vitrorum informationem Lectori exhibere non abs re judicavi; PRIMUM VITRUM (UT MIHI PRÆ RELIQUIS PERGRATUM PLENIUS DESCRIBENS, de cæteris vero titulos ſolummodo, aut breviſſima eorum

rum contenta tradens. Prope portam turris in boreali templi parte positum est

I VITRUM REPRÆSENTANS LIBERTATEM CONSCIENTIÆ IN CURRU TRIUMPHALI INSIDENTEM; ET CUM AMORE, CONCORDIA, CONSTANTIA, JUSTITIA, AC FIDELITATE, CIRCUMCIRCA STIPATAM: TYRANNIDEM VERO AB EA DEVICTAM, AC CURRUI PENITUS SUBSTRATAM.

O! quam amabile & perjucundum hoc & mihi & omnibus probis viris spectaculum præsertim hoc in seculo; quo persecutio usque adeo glisçit & insævit, per multas terræ Regiones in viros optimos & sinceros veri Dei cultores, qui Belg. Fœd. appellentes, amplissimis Libertatis Beneficiis (quæ Deus ex singulari sua benevolentia huic terræ præ multis aliis largitus est) sub Benignissimo hujus Reipublicæ Regimine fruuntur; nec mulctis gravibus, nec incarcerationibus, nec Direptionibus bonorum, nec cædibus, nec lanienis, veræ Religionis causa obnoxii. DONUM EQUIDEM NOB. POT. DOMINIS ORD. AUSTRALIS HOLLANDIÆ, QUI ILLUD HUIC TEMPLO DEDERE QUAM DIGNISSIMUM; ET AB OMNIBUS TAM ADVENIS QUAM INDIGENIS, QUI RARA HUJUS TEMPLI VITRA INQUIRUNT (SI SAPIUNT) SERIO ET CUPIDE CONTEMPLANDUM.

Datum

Datum est anno 1596. Continet etiam hoc vitrum Insignia omnium Urbium Australis Hollandiæ, & subscriptionem sequentem.

Subscriptio.

NAER BESCHERMINGE VAN TYRANNYE,
EN VRYHEYT DER CONSCIENTIE,
DEES NEDERLANDEN MEN LANGE
HEEFT SIEN HAKEN,
WAER NAER GEVOLGHT ZIJN MENIGH-
VULDIGE DISSENTIEN:
MET MOORDEN, ROOVEN, DOOTSLAEN,
BRANDEN EN BLAKEN:
MAER HEER, GHY DIE EEN RECHTER
ZYT IN ALLE SAKEN,
NU LIEFDE, EENDRACHT, MET STANT-
VASTIGHEYT VERWECKT,
DIE MET GERECHTIGHEYT EN GE-
TROUWHEYT DES HERTEN WAKEN,
OP DAT TYRANNYE ONDER DEN WA-
GEN BLYFT SUBJECT,
WAER OP MEN VRYHEYDT DER CON-
SCIENTIE SIET TRIUMPHEREN:
DE LANDEN ZIJN GELUCKIGH DAER DE
DEUGHDEN REGEREN.

Latine Sic.

BELGIA NOSTRA DIU GLISCENTE TI-
RANNIDE SÆVUM

PASSA JUGUM EST, REQUIEM MODO LIBERTATIS ANHELANS;
HINC VARIÆ LITES PROGNATÆ, INCENDIA MULTA,
INNUMERÆ CÆDES ORTÆ SUNT ATQUE RAPINÆ;
AT TU QUI SANCTE MUNDI MODERARIS HABENAS
JUSTITIÆQUE TENENS SOLIUM, FACIS OMNIBUS ÆQUA,
LIBERTAS ANIMI QUO JUDICE LÆTA TRIUMPHANS,
VICTRICI CURRU SEDET HIC; SUBJECTA TYRANNIS
DUM BATAVIS PROSTRATA JACET, VINCLISQUE TENETUR;
FAC STIPENT CURRUM, CONCORDIA, VERUS AMORQUE,
ET CUM JUSTITIA, COSTANTIA, SANCTA FIDESQUE,
BELGAQUE LIBER ERIT, PROSTRATA TYRANNIS IN ÆVUM.

FÆLICES POPULI VIRTUS UBI REGNAT OVATQUE.

DE ED'LE HEEREN VAN DE ZUYD HOLLANTSE STEDEN,
DIE DOEN HIER IN DIT GLAS HEERLYCK STELLEN TEN TOON

HOE

HOE ONZ' VOORVAD'REN VOOR HAR
VRYHEYT STREDEN,
OM DER CONSCIENTIE-DWANG, TE
GENS CASTILIENS KROON:
LAET SPANJENS ZILVER-VLOOT OM RIJC
KE SCHATTEN LOOPEN:
DE VRYHEYT VAN 'T GEMOET IS
OM GEEN GOUT TE KOOPEN.

Latine Sic.

PONITUR HOC VITRUM TEMPLO PRÆNOBILI
GOUDÆ,
NOBILIBUS DOMINIS BATAVI QUEIS CREDERE
FASCES
AUSTRALES GAUDENT, OSTENDERE FOR-
TIA FACTA
MAJORUM, DURAM QUI VI REPULERE
CORONAM,
OB LESÆ LIBERTATIS PEPULERE-
QUE CRIMEN.
CLASSIS IBERA PETAT MASSAS PRÆDI-
VITIS AURI,
LIBERTAS ANIMI NUMMIS NON PRO
STAT EMENDA.

2 Vitrum eſt de CAPTO PELUSIO OPE
HARLEMENSIUM, cujus ſubſcriptio eſt:
DE KRACHT HEEFT HET
GEWELT OVERWONNEN.

VIM

VIM VICIT VIRTUS.

3 Vitrum est DE VIRGINE DORDRACENA, cum Insignibus Urbium quarundum HOLLANDICARUM, cum hac subscriptione

DIVÆ AMICITIÆ,
CUM S. P. Q. GOUDANO RELIGIOSE HACTENUS CULTÆ, SANCTEQUE DEINCEPS COLENDÆ, HOC VITRUM SACRUM ESSE VOLUIT SENATUS POPULUSQUE DORDRACENUS.
clc. Io. XCVII.

4 Vitrum exhibet ARMA DOMINORUM RHINLANDIÆ, IN ALTIORI AGGERUM CONSESSU PRÆSIDUM.

5 Vitrum est de MAGNIFICENTIA REGIS SOLOMONIS, QUEM SABÆ REGINA adit cum muneribus regiis, ut ejus sapientiam audiat: Reg. 1. cap. 10. multis etiam splendidis Insignibus superadditis.

6. Vitrum est de obsessione URBIS BETHULIÆ, ET DE OBTRUNCATIONE HO-

LOFERNIS; cum multis Insignibus nobilissimis.

7. Vitrum continet in superiori parte SANCTIFICATIONEM TEMPLI HIEROSOLYMITANI, ET SACRIFICIUM SALOMONIS; 1 Reg. cap. 7. & 8.

In inferiori parte COENAM CHRISTI CUM SUIS DISCIPULIS. MATTH. 26. 20.

8 Vitrum continet HISTORIAM REGIS HELIODORI, QUOMODO SIMON THESAUROS TEMPLI HIEROSOLYMITANI DETEXERIT, AD QUOS DIRIPIENDOS HELIODORUS MITTITUR, qui a deo per Angelos punitur &c. multa etiam Insignia Heroica.

9 Vitrum exhibet SACRIFICIUM SACERDOTIS ZACHARIÆ, ubi illi ad altare stanti revelatur, Joannem nasciturum fore. Luc. cap. 1. vers. 11. 12. 13.

10 Vitrum, NUNCIUM MARIÆ PER ANGELUM GABRIELEM. Luc. cap. 1.

11. Vitrum est de Nativitate Johannis Baptistæ. Luc. cap. 1.

12 Vit-

12 Vitrum est de NATIVITATE CHRISTI. Luc. 2. Matth. 2.

13 Vitrum, CHRISTUS SEDET INTER DOCTORES. Luc. 2. 46.

Virtus per ærumnas.

14 Vitrum, PRIMA CONCIO JOHANNIS AD MILITES. Lucæ 3. 4.

15 Vitrum, Ubi CHRISTUS BAPTIZATUR A JOHANNE. MATTH. 3. 16.

16 Vitrum, PRIMA PRÆDICATIO JESU CHRISTI.

17 Vitrum, PRÆDICATIO JOHANNIS, HERODEM DE INCESTU REPREHENDENTIS. MAT. 14.

MODERATA DURANT.

18 Vitrum, PRÆDICATIO CHRISTI ET INTERROGATIO DISCIPULORUM JOHANNIS. Tune es ille qui venturus es, an expectemus alium? Matt. 11. 3.

19 Vitrum, DECOLLATIO JOHANNIS Marc. 6. vers. 18.

20 & 21 Vitra continent HISTORIAM

PASSIONIS, RESURRECTIONIS ET ASCENSIONIS CHRISTI.

22 Vitrum, Ubi CHRISTUS EMPTORES ET VENDITORES TEMPLO EXPELLIT. Luc. 19. Vers. 45. 46.

23 Vitrum, SACRIFICIUM ELIÆ QUOD IGNE CÆLITUS DELAPSO CONSUMITUR, IN TESTIMONIUM CONTRA FALSOS PROPHETAS BAALIS; 1 Reg. 18. ET ABLUTIO PEDUM APOSTOLORUM. Joan. 13.

24 Vitrum, PRÆDICATIO APOSTOLI PHILIPPI SANANTIS CLAUDOS, CÆCOS, ET LEPROSOS, ET BAPTIZANTIS EUNUCHUM CANDACES. Actor. 8.

25. Vitrum, LIBERATIO URBIS LEYDÆ AB OBSIDIONE.

26 Vitrum, LIBERATIO SAMARIÆ AB OBSIDIONE. 2 Reg. cap. 7.

27 Vitrum, SUPPLICATIO PHARISÆI ET PUBLICANI. Luc. 18.

28 Vitrum, DE FÆMINA IN ADULTERIO COMPREHENSA. Johan. 8.

Quis-

Quisquis inter vos insons est primum jaceat lapidem. Johan. 8. 7.

29 Vitrum, EQUES CHRISTIANUS.

30 Vitrum, JONAS EJECTUS A BALÆNA. Jon. 1. ECCE MAJOR JONA HIC.

31 Vitrum, BALAAMUS PROPHETA ASINO INSIDET, ET ASINUS DICIT EI, CUR ME VERBERAS?

13 Vitra in Choro CONTINENT CHRISTUM CUM SUIS APOSTOLIS.

INSCRIPTIO FORI JUDICIALIS GOUDÆ.

T' BEST GEVOELEN VOERSTAET, NIEMANT EXCIPIEERT,
'TSECREET ZYT VERDACHT NIET TE REVELEEREN,
OP EENDRACHT SLAET ACHT, IN WYSEHEYT REGEERT;
WANT ACCOORT GEEFT CONFOORT TE DOEN EN FLORERE,
DAT TWEEDRACHT IN ONMACHT DOET DECLINEREN.
VOORSICHTIG IN AL, SCHUT MENIGEN VAL.

Festina Lente.

GETROUWELYK RAET VERVORDERT 'T PROFYT DER STEDE.

GHY TOT VROETSCHAP GAET UWEN EEDT
SALVEERT,
SCHUT EYGEN BAET, DAT GROOT QUAET UYT
DEDE,
JONGEN RAET OOCK VERLATE DIE ROOMEN
MISLEDE,
HEYMELICKEN HAET, VERSMAET 'T WELK 'T WEL
VAEREN LEDEERT. 1628.

Latine Sic.

NE TE DESIDERET SENTENTIA RECTA PATRO-
NUM,
NEGLIGE PERSONAS ET REBUS SEMPER AD-
HÆRE,
SECRETUM SANCTE RETICERE NEC IMMEMOR
ESTO,
SIS CONCORS, FASCESQUE REGAT PRUDEN-
TIA SACROS;
SOLAMEN PRÆBET CONCORDIA DATQUE VI-
GERE,
DEBILITANS URBES DISCORDIA DIRUIT OM-
NES,
RARIUS IMPINGIT CUI SIT PRUDENTIA PRÆ-
STO.
INVIGILA FIDUS SIS SUASOR ET UTILIS URB-
BI,
ET JURAMENTUM STUDEAS PRÆSTARE SENA-
TU.
PUBLICA DUM TRACTAS PRIVATUM TEMNITO
LUCRUM

CON

CONCILIUM IUVENUM QUOD FLECTIT GLORIA VANA,
ATQUE SIMULTATES FUGIAS, HINC PUBLICA NOXA.

INSCRIPTIO CAMERÆ IUDICIALIS, BELGICE DE SCHEPENS CAMER.

MAN WEL INZIET WAT GHY GEBIED SOO GHY TOT STAAT WORD GEBRACHT,
WEL GADE SLAAT, WIEN GHY VERSMAET, WANNEER GHY TE KRENCKEN TRACHT,
EN HOED U WEL, VOOR 'T VALLEN SNEL, ALS GHY SCHYNT TE STAEN IN KRACHT,
FORTUYN DIE ZWEEFT, VEEL MIDDELEN GEEFT, DAEROM DIT GEEN WONDER ACHT.
1588.

Tetraſtichon Latinum Rhythmicum in eundem fere ſenſum legendum eſt ad ingreſſum CAMERÆ CONSULARIS Belgice.

DE BURGERMEESTERS KAMER.

VIR VIDEAS, QUID TU JUBEAS, DUM MAGNUS HABERIS,
RESPICIAS QUEM DESPICIAS, DUM LÆDERE QUÆRIS,
ET CAVEAS NE FORTE RVAS DUM STARE VIDERIS.

Dat varias fortuna vias, non ergo mineris.

Inſcriptio Pub. Gymnaſii Goudæ.

Schola liberalium artium.
Præſidium atque Decus, quæ ſunt & gaudia vitæ,
Formant hic animos Græca Latina rudes.

Inſcriptio Gerontocomij Goudani Spartam Nacti.

Sparta favet ſenibus præſtat caneſcere Spartæ.

SCHOONHOVIÆ.

EPITAPHIUM.

IN OBITUM NOB. ET SPECTATÆ VIRTUTIS AC INTEGRITATIS VIRI, JOHANNIS A WYNENBERGEN, QUI EX HISCE FRAGILIS VITÆ ÆRUMNIS, AD CÆLESTEM PATRIAM, VITÆ SATUR, MAGNO SUI UXORI LIBERISQUE RELICTO DESIDERIO EVOCATUS EST, VITÆ ANNO LXXVII. OBIJT. 4. KAL. MART. ANNO MDC. XXVI.

Deſpecto parat alta Solo, quindena peregit
Ut Janus vitæ luſtra, viamque polo,
Fert pater a ſupero cæleſtia dona parente,

Spe-

Spemque ratam fidei ſpiritus almus alit.
Pergite Lanificæ fuſis non parcere *Parcæ*,
Atque ait ingratas corripe vita moras:
Sors humana rotet celeri circumdata gyro,
Spes mea fixa deo, firmus ut axis erit.
Eſt *Chriſtus* mea ſors, exſors mutabilis aſtri,
Hic dat inexhauſto gaudia plena frui.
Hic, prętium vitæ ſacrum, merceſque laboris
Se dabit hic cælo, qui dedit ante ſolo:
Nullus ubi ſecli decurſus, tempora nulla,
Sed bona in æternum cuncta, fruenda ſimul.
Sic acie mentis clara ſuper aſtra vaganti,
Provida vita viæ, prodiga mortis erat.
Bis duodena abijt Phœbi lux februa, Phœbe &
Se renovat, Jano ut Janua ad aſtra pateat
Lætus obijt lethum morti devotus alumnus,
Corpus humo addicens, cætera ſacra deo.
Principium mors æterni, quæ terminus ævi,
Introitus vitæ eſt, ēxitus iſte viæ.
Hanc Chriſtus victam traxit vinctamque triumpho,
Sævaque dux vitæ ſpicula fregit ovans.
Exuvias animæ corpus, tenet urna ſacrandas,

Supremo mens eſt reddita dia Deo.
Membraque poſt capiti Chriſto jungend
reſurgent,
Ut videant (animis conſociata) Deum
Momento æternum dependet, vitaqu
morte,
Fælix qui vigili hæc lumine mentis adit

Meritiſs. Patri Mæſtiſs. Fil.
P. G. A. Wijnbergen.

NEOPORTI.

Hier after dees pilaar, ben ick om mijne
ſonden,
Gedaalt in 't duyſter graf, en van de dood
verſlonden,
Het lichaem leit in d'aard, de ziel die
gaat tot Godt,
Tot trooſt der vromen, want dat is haar
deel en lot.
Hier ſal het lichaem zijn, tot Chriſtus
alle volcken
Sal dagen voor het recht, en komen op
de wolcken
Van ſijn verheven Troon, om rechten
met beſcheit,

Een

Een yder hier op aard, na ſijn gerechtigheit.
Het vonnis dat ſal zijn, komt geſegende des Heeren,
En gaat vervloeckte ſchaar, u na de afgront keeren.

Jan Michiels in den Heer geruſt 1677. op den 29. Auguſt.

Latine Sic.

Hic ego Peccator cæco Jam Carcere claudor,
Parſque caduca mei Mortis Jacet offa rapacis
Subtus, at ætherea mea mens lætatur in arce,
Portio defunctos Domino quæ certa manebit;
Præſtolor hic tempus, Regio Dum quælibet orbis,
Iudicio recto ſiſtetur, Judice Chriſto:
Opperiorque Diem, quo territa terra videbit
Nubibus evectum Dominum, Solioque ſedentem
Excelſo Majeſtatis, Jus Dicere Mundo.

Di-

Dicetur Juſtis ſententia Læta, Venite.
Dicetur Pravis Sententia Triſtis, Abite.

Jan Michiels in Domino obdormivit 1677. 4. Kal. Septembris.

GERTRUIDIS BERGÆ, SIVE MONTIS.

IN CHORO TEMPLI HUJUS URBIS, HISTORIA DE INCLYTISSIMA URBIS EXPUGNATIONE, (A CELCISSIMO PRINCIPE ET IMPERATORE SUMMO MAURITIO ANNO 1593) METRICE COMPOSITA, AD PERPETUAM REI MEMORIAM SAXO INSCULPTA EST, QUÆ SEQUITUR.

Ao. 1593. DEN 28. MARTIJ DES MORGENS VROEG,
SYN EXCELLENTIE GRAAF MAURICE SYN LEGER SLOEGH
VOOR GERTRUYDENBERGH VAST, TEGEN HET VYANTS GEWELT.
DEN 4 MAIJ HEEFT ZYN GESCHUT VAN DEN TOREN GEVELT
MONS. DE MAYSIERIS, SYN DERDE T' WERT HIER VERTELT;
DIE GOVERNEUR WAS VAN DES KONINCKS WEGEN,
DOCH SYN PLAETSE HEEFT WEDEROM INGEKREGEN
MONS. DE GYSAN, MAER HY IS OOCK GEBLEVEN,
MET EEN STEEN STUCK GESCHOOTEN DAT HEM NAM 'T LEVEN.
IN JUNIO IS'T GESCHIET DEN VIER EN TWINTIGSTE DACH, HIER

HIER AL BEGRAVEN, D'WELCK DEN VIANT WEL
BEKLAGEN MACH,
WANT DEN VYF EN TWINTICHSTE HEBBEN ZIJN
SOLDATEN,
DES STADT MET GROOTE DROEFHEIT MOETEN
VERLATEN,
DIE PERMA DEN TIENDE APRIL OM GROOT GELT
VOORWAER,
VAN DEERLOSE SOLDATEN HAD GECOGHT IN
'T 89 JAER,
IN SPIJT VAN MANSVELT DIE NU SES WEKEN
LANGH,
MET ZIJN VOLCK HAD GELEGEN OM DE STADT
UIT BEDWANG
DER BELEGERINGE T'VERLOSSEN, MAER HEEFT
NIETS GEDAEN,
LOF EN PRIJS MOET DAER VAN S'AL MOGENDE
GODT ONTFAEN.

Latine Sic.

MARTIUS UT LUCEM TER NONAM PRÆBUIT ORI-
BI,
POSTRIDIE NONDUM VICTRIX AURORA FUGASSET
HOSTEM, MAURITIUS PRINCEPS CUM FIGERE CA-
STRA
AUDET, GERTRUIDIS MUNITI MONTIS AD URBEM.
SED QUARTO NONAS MAIJ, MAJORIS AB ICTU
TORMENTI CECIDIT MAYSIERIS, TERTIVS IPSE,
IPSE GUBERNATOR QUEM REX PRÆFECERAT UR-
BI.
NEC MORA GYSANVS SUCCESSIT IN URBE GUBER-
NANS
SAXIVOMENS JACTU QUEM MOX BALLISTA PERE-
MIT,
BIS DECIMUM QUARTO LUMEN DUM JUNIUS AD-
DIT:

CON-

CONDITUR HIC, MERITOQUE DIES PLORANDUS AB HOSTE.
MENSIS UT EFFULSIT LUX QUINTA VIGESIMA, MILES
LONGIUS AH! NEQUIENS URBEM TUTARE, RESIGNAT
(URBEM QUAM PARMÆ DUX, ARMIS DEDECUS INGENS
VICERAT HAUD ALIAS EMPTO NISI MILITE NUMMIS
APRILIS DECIMO, DECIES POST OCTO ROTASSENT
ANNO JAM NONO) MANSFELDIUS ECCE! FREMEBAT,
NEC QUIVIT RABIDOS JAM NON COLLIDERE DENTES;
QUI SEX HEBDOMADAS CONATUS SOLVERE MONTEM
OBSESSUM, TANDEM BATAVIS SINE LAUDE RELIQUIT.
GLORIA TOTA DEO, DUM SIT VICTORIA BELGIS.

D. O. M. S.

FIJS MANIBUS ET MEMORIÆ SEMPITERNÆ, NOBILIS, GENEROSISSIMI, FORTISSIMIQUE VIRI, DOMINI DOMINICI CASSIOPINIJ, QUI AB INITIO FERE, USQUE AD ULTRA HUJUS SECULI MEDIUM, MILITARI LAUDE PLURIMUM DE PATRIA MERITUS, ET PRIMUM MAURITIO, MOX FR. HENRICO, ATQUE ULTIMUM GULIELMO, CELSISSIMIS ARAUSIONENSIUM PRINCIPIBUS IMPERATORIBUSQUE FOEDERATÆ REIPUB. TERRA MARIQUE INCOMPARABILIBUS, MAGNIS GRADATIM (QUOD BENE MERENTIUM EST) HONORIBUS AUCTUS, MAXIMARUMQUE EXPEDITIONUM, OBSIDIONUMQUE, PERICULORUM

PARI

PARITER AC GLORIÆ PARTICEPS, BELGIA TANDEM LONGO BELLO VICTRICE, AC TRIUMPHATRICE, ULTROQUE LIBERA AB HISPANO REGE AGNITA, NON ARMIS, SED ANNIS AC LONGA FEBRI FRACTUS, CENTURIO, BOREALISQUE HOLLANDIÆ LEGIONIS VICE TRIBUNUS, ATQUE HUIC URBI MUNITISSIMÆ PRÆFECTUS, PACATA PATRIA ÆTERNÆ PACIS HÆRES EXTITIT: HAC IN ÆDE ET LOCO TERRÆ MANDATO, HOC MONUMENTUM, VIDUA, NATI, NATÆQUE, MÆSTISSIMI POSUERE, DEDICAVERE.

Obijt 6 Januarij Ao. 1651.

Vixit annos 67. Mens. 2. Dies. 29.

Ibid.

D. O. M. Sacrum

&

Æternæ Memoriæ

D. CAROLI DE BEVEREN, GULIELMI F. DORDRACENI, LUSTRANDO MILITI, AB ILLUSTRISSIMO STATUS CONCILIO, ET A PRINCIPE ARAUSIONENSIUM, TAM QUÆSTVRÆ REGALIUM QUAM REDITUUM ECLESIASTICORUM TERRITORIJ St. GERTRUIDIS BERGÆ PRÆFECTI. TANDEM ET AGRORUM INCREMENTO QUOD ÆMILIA NOMEN SORTITUR EPHORI, ET A RATIONIBUS CONSTITUTI, NATI ANNO M. D. XC. III. 20 AUGUSTI, DENATI XXVIII JUNIJ

JUNIJ Aº. M. DC. LIIII. MÆSTI HOC SUPREMUM PIETATIS ET BENEVOLENTIÆ MONUMENTUM EXTRUENDUM CURAVERUNT POSTERI &c.

Ibid.

DEO
OPT. MAX.
ET
ÆTERNÆ MEMORIÆ
STEPHANI COPIJ
VIRI FORTISS. FÆLICISS.

QUI CENTURIONIS ALIQUAMDIU FUNCTUS MUNERE, CUM JACOBO HEMSKERCKIO HISPANI NOMINIS ETIAM IN PATRIA INTOLERANS, CALPEN USQUE, ET EXTREMAS GADES EI PROFLIGANDO MISSUS, PRÆCLARAM IN EA VICTORIA OPERAM NAVAVIT, EJUSDEMQUE VIRTUTIS CUM IN VENETORUM DITIONIB. SUMMA CUM DIGNITATE SPECIMINA MULTA EDIDISSET, TANDEM FAMA AC PRÆMIJS (TORQUATUS) ONUSTUS, AC REVERSUS, MOX HVIC PRÆFECTUS URBI FUIT, AMOR CIVIUM, TERROR HOSTIVM, IN EAQVE PRÆFECTVRA SIMVL AC LVCE DEFUNCTVS EST.

DEFVNCTO, VXOR MÆSTISSIMA, HOC IN LOCO MONVMENTVM PVB. POSVIT, DICAVIT.

HIER LEYT BEGRAVEN DE HEER STEPHEN COOPS, IN SYN LEVEN GOVERNEVR DER STADT ENDE FORTEN VAN GERTRVDENBERG; STERF DEN 4. SEPTEMB. 1637.

HIC

HIC JACET SEPULTUS D. STEPHANUS COOPS DUM VIVERET GUBERNATOR URBIS ET FORTALITIORUM MONTIS GERTRUIDIS; DENATUS 4. SEPTEMB. 1637.

Ibid.

GULIELMOPOLIS, BELGIS WILLEMSTADT.

Tot Heugenis dit geſtelt,
Van Jan Blijck die men telt
Out Hondert en vier Jaaren;
In Martis Kunſt ervaren.

Latine Sic.

Hic dormit Blijckus poſt tædia multa Johannes,
Quatuor & centum qui cum numeraverat annos
Vivere ceſſavit; Martis fuit arte peritus.
Quieſcimus domum hanc cum adimus Ultimam.

Natus anno 1561.

Denatus 23. Martij 1665.

Obijt 29. Feb.

Hier leyt hy die immediatelijck van Godt
Geleeft heeft ſonder naturelijck Afganck
of Slot.
31 Jaer, in Europa, Africa, Aſia, ver-
keert,
Tot dat hy in 't eynde hier is gearriveert;
Nu is ſijn Lichaem verloſt en leyd in aer-
den,
Godt Vader Lief ſal zijn ziel aenvaer-
den.

R. U. H. Oudt 52.

Latine Sic.

Cui deus indulſit plane mirabile donum,
Stercoris expertem fædi traducere vitam,
Naturæ clauſtrum qui non reſerare coa-
ctus.
Tres decades annumque terens peragrave-
rat orbem,
Aſia luſtrata eſt, Europaque & Africa pri-
mum,
Antea quam rediens Batavis ſe contulit
oris.

Hic

Hic recubat meliore Sui jam parte beatus.

Vixit annos 52.

Ibid.

QUIESCUNT HIC OSSA

D. M. J.

HENRICI VAN DE CLYNDT,

QUI CUM PLURIES CONSULATU ALIJSQUE MUNERIBUS, RARA FIDE, SUMMA VITÆ ET MORUM INTEGRITATE, HAC IN CIVITATE FUNCTUS ESSET, TANDEM LENTO CONSUMPTUS MORBO, ET CÆLO CUI DEBEBATUR REDDITUS, SUIS DOLORES ET PLANCTUS, BONIS SUMMUM SUI DESIDERIUM, OMNIBUS VIRTUTES SUAS IMITANDAS, CORPUS HOC LOCULO RELIQUIT; DECESSIT ANNO M. DC. XXXIII. 21. FFBRUARIJ.

Vixit annos 56. Menses 4.

Ibid.

CLUNDERÆ.

IN TEMPLO HUJUS URBECULÆ, LEGENDA EST INSCRIPTIO SAXI SEPULCHRALIS INUSITATA, QUALEM NUSQUAM ALIBI INVENI, QUÆ ETIAM ADVENIS, OBSCURITATIS ERGO, VIDETUR EPITAPHIUM VALDE ÆNIGMATICUM.

PARATI VINCERE AUT MORI.
4 Martij 1590.
INVICTI ANIMI. PR.
CAPITEIN THOMAS DRAS.

EPITAPHIUM HOC ADEO OBSCURUM, ALIQUA EX PARTE PRIUS AB ÆDITIMO (VIRO LINGUÆ LATINÆ SATIS PERITO) INTERPRETATUM, POSTEA AB OPTIMIS HISTORIOGRAPHIS BELGICIS, QUOS OB EGREGIAM FACINORIS FAMAM ET GLORIAM CONSULTOS HABUI, PLENIUS EXPLICATUM FUIT.

CONTINET AUTEM, CUM NOMEN, TUM ETIAM SYMBOLUM, DUCIS CUJUSDAM STRENUI, QUI UNUS FUIT E 70 VIRIS FORTISSIMIS QUI (SUB AUSPICIIS BELGIJ FÆDERATI) NAVI CESPITIBUS ONUSTÆ ABSCONDITI, INCLYTAM URBEM BREDÆ ANNO SUPRASCRIPTO EXPUGNAVERE.

CUJUS REI HISTORIAM ENARRARE, (QUONIAM TOT CIRCUMSTANTIIS ADMODUM RARIS REFERTA EST ET TOT DIFFICULTATES PENE INVINCIBILES AD EPITAPHIJ EXPLICATIONEM PRORSUS NECESSARIAS EXHIBET) OPERÆ PRECIUM ERIT.

Nau-

Nautæ quidam Regionis Bredanæ, inter quos eminuit Adrianus a Bergen, Publico Bono Patriæ ſuæ Conſulentes, conſilia de urbe Breda Expugnanda, (ſub ſpecie Ceſpites in Arcem inferendi) cum PHILIPPO NASSOVIÆ COMITE communicabant, opem ſuam ea in re illi pollicentes. Comes rem proponit CAROLO HERAUGIER, GENEROSO CAMERACENSI ET CEUTURIONI FORTISS. HERAUGIER omnibus prius perpenſis Periculis, MAURITIUM ARAUSIONENSIUM PRINCIPEM Hagæ Comitis adijt, ut ejus Conſilio & Auctoritate munitus opus in ſe ſuſcipiat: concluditur inter eos negotium committendum eſſe Adriano a Bergen, qui Ceſpites in arcem invehere ſuſcepiſſet. HERAUGIER MITTITUR AD D. OLDEN BARNEVELT QUI TALIBUS NEGOTIIS PRÆERAT. Navis itaque ab Pagum ter Luere amandata eſt (Miliaris Plus minus ſpatio, a BREDA Diſſitum) ita diſpoſita, ut Superius & circumcirca alveum ejus, Ceſpites in ordine ponerentur ad extra; ad intra vero, & inferius, locus vacuus 70 hominum Capax relinqueretur.

25. Die Februarij, decreverant negotium ſuum exequi, ſed a glacie impediti, non ſine periculo coacti ſunt in Craſtinum

Differre: in quo Discrimine, parum aberat quin navem incenderant, Detectionem rei metuentes, quia nautam non invenere, etiam intrare parati.

26. Ejusdem mensis die lunæ, vespertino tempore, navem ingressi sunt; MAURITIO interim, cum navibus suis præsidijarijs Clunderæ eventum expectante, & signo dato ad auxiliandum parato. Verum a die Lunæ ad diem Jovis, Navis glacie detenta immota manebat, ubi venti & gelu incommoditate afflicti, omnique Commeatu consumpto, Corporibus etiam incurvatis (ob loci angustias) totum illud tempus sedentes, multa Durissima ob famem frigus &c. Tres Dies sunt perpessi, & adeo vexati, ut HERANGIER DUX AUSI TANTI, multa scommata a socijs audivit; quæ prudenter admodum negligens, eos ad perseverandum in opere suscepto, blandis verbis & propriæ suæ Fortitudinis exemplo induxit: tandem necessitate compulsi, noctu e nave egressi, FORTALITIUM NORDAM ad vires redintegrandas appellebant. Post unum Diem NORDAMI Corporibus refocillandis consumptum 1°. Die Martij (Die viz. Jovis) noctu iterum ingressi sunt navem, Jam quadrantis Miliaris ab urbe Distan-

ſtantiâ, aliquamdiu commoratam, quæ nunc ulterius Provecta, vela contrahens, ante REYGERSBOSCHUM quæ BREDÆ ad jacet, in fundo hæſit ob aquæ penuriam, a mane Diei veneris, uſque ad horam 10 matutinam Diei Saturni; ubi paſſa rimarum Solutionem, multum aquæ hauſit, ita ut milites genuum tenus aquæ inſidentes, metuebant ne forſan aquis obruti perirent cum Jam eſſent intra portus Repagulum occluſi; ſed aquâ tandem refluente, hiatus navis ultro concluſi ſunt. Venit Navicula exploratoria cum Officiali Conquiſitore, qui navem perquirens, QUAMVIS FENESTELLAM APERUIT ET TABULATUM CUI SUBSIDEBANT MILITES TETIGIT, TAMEN SINGULARI DEI BENIFICIO, NIHIL INVENIENS ABIBAT: NEMO ENIM DEO FAVENTE TUNC TEMPORIS TUSSIEBAT: ETSI ANTEHAC TVSSI EATENUS VEXATI FUERE, UT MATHIAS HELT (LOCUM TENENS) NEQUIENS A TUSSI CONTINERE, SICAM SOCIO OBTULERIT QUO AB ILLO CONFODERETUR, NE INVITUS TUSSI SOCIOS SUOS PRODERET. Tertio Die Martis poſt meridiem, cum jam ſatis eſſet aquarum, Cataractâ recluſâ, ipſi MILITES NAVIM A GLACIE IMPEDITAM, FUNI ALLIGATAM, IN ARCEM TANQUAM ALTERUM EQUUM TROJANVM TRAHVNT: Jamque ab Excubiarum Præfecto mandatum eſt, ut ſingulis vigilum ſtationibus de ceſpite proſpiceretur) ex quo tot ceſpi-

tes protinus Detracti sunt, ut TABULATUM, SUB QUO MILITES DELITESCEBANT DETECTUM EST, SUMMOQUE VITÆ DISCRIMINE, MAGNO TERRORE EXPAVESCEBANT. Quapropter naviculator se lassum simulans, substituto ejus pecuniam dedit, ut laboratoribus Dimissis, cum eis comederet & combiberet, opere in Crastinum Dilato. Ille coactus fuit navem relinquere, & in urbe pernoctare, voluerant enim unum solummodo navigatorem in arce manere. Exit is arce et urbe, ac MAURITIO singula renunciat.

BREDÆ ERAT GUBERNATOR MILES PERITISSIMUS, QUI ETIAM PRÆERAT MONTI GERTRUIDIS, ODOARDUS LANZAVECHIA, ille filium suum PAULUM ANTONIUM LANZAVECHIAM Arci Brædanæ deputavit. In urbe erant 5 Cohortes Italæ, & 70 Equites. Gubernatori persuasum erat, MAURITIUM profectum esse tentatum quid in MONTEM GERTRUIDIS, mittit itaque illuc farinam aliaque necessaria. Excubijs jam Dispositis, cum multa nocte omnia silerent, in Navi Strepitus exortus, ob litem, quod unus ex illis necessitate compulsus alvum exonerarat in Cantharum e quo bibebant, quem strepitum Naviculator exantlando suppressit.

HE-

HERAUGIER horâ jam 11 veſpertinâ in NOMINE ALTISSIMI ad executionem operis ſuos adhortatus eſt, Jubenſque Nautam Valide exantlare, milites e navi eduxit, inſcijs excubijs, quos in Duas partes Dividens, alteram CENTURIONIBUS LAMBERTO ET FERMEZ commiſit, alteram ipſe Duxit verſus excubias, per Armamentarium, juxta Portam, verſus Urbem. Ipſi præeunti occurrit Miles Italus, quem collo Deprehendens,& minis exclamare vetans, de omnibus neceſſariis percontatur: qui reſpondebat 50 milites eſſe in præſidio: cum autem Heraugier andiret milites ſuos nimis curioſe inquirentes, dixit eis ſibi, compertum eſſe, non ultra 50 milites in præſidio numerari; quod ſi plures eſſent, neceſſe erat viam ferro aperire. Venit ad Excubitorem, quem rogantem quis iſtic? Haſtâ brevi Transfixit: Clamatur ad arma; nam vigiles intus in ſtatione ſua ſive ſpeculâ, ſe opponebant, excepto uno ſignifero, qui proſiliens Heraugierum brachio vulnerabat, quem ipſe multis vulneribus confodit, jubetque ſuos per portas & fæneſtras, bombardas ſuas exonerare; Tunc pro vita ſupplicabant, ſed res non ſivit. Ex arce erumpebant, 36 viri,

qui statim repulsi in arcem revertunt; fama ad urbem pervenit; multi portam Arcis, ex qua in urbem daretur ingressus, volebant comburere; quod Heraugier explosione Tormentorum prohibuit. Omnibus hic in vado Positis, aliò tendit Heraugier ubi 16 hostium ex improviso oppressi periere.

His peractis & signis victoriæ editis, post duas horas venit COMIS HOHENLO cum militibus aliquot MAURITIANIS, & adjungens se victori, arcem per Palum Diffractum ingreditur, Gubernator paciscitur cum Hohenloe, Salva vita, Tandem venit IPSE MAURITIUS; HOHENLOE monet cives subdere se victori, sin alias, minatur se Urbem extemplo invasurum esse: quo audito Urbem dediderunt, ea lege ut solverent militibus stipendium bimestre, & nonaginta & septem Millia ac Septuaginta quatuor Florenorum, inter eos Distribuenda, & arma statim Deponerent, omnibus suis salvis. Hunc in modum adeo Heroicè victa est a Batavis urbs hæc, etiam & arx Munitissima, unicus solum a victoribus Desideratus, qui propter noctis obscuritatem in aquas inciderat, e parte Hispanorum 40 cæsi.

Post

POST DIEM FESTUM IN TOTA BELGIA FÆDERATA, SUPER HAC VICTORIA CELEBRATUM, AD GRATIARUM ACTIONEM DIVINÆ MAJESTATI DEBITAM, ET IGNES FESTOS PASSIM EA OCCASIONE ACCENSOS, NUMISMATA SOLEMNIA CUSA SUNT CUM INSCRIPTIONE SEQUENTE.

BREDA.

A SERVITUTE HISPANICA VINDICATA,
DUCTU
PRINCIPIS MAURITIJ A NASSAU.
4to MARTIJ. Ao. 1590.

HÆC EX ALTERA PARTE, EX ALTERA VERO FOSSA CUM NAVI ET MILITIBUS EXEUNTIBUS VIDENDA ERAT.

IN MARGINE NUMISMATIS HÆC ERANT.

PARATI VINCERE AUT MORI.

INVICTI ANIMI PRÆMIUM.

CUILIBET MILITI URBIS HUJUS EXPUGNATORI, AUREUM NUMISMA DONABATUR, INSUPER ET SUMMA QUÆDAM PECUNIÆ CUM PROMISSIS UT PROMOVERENTUR IN POSTERUM OCCASIONE OBLATA, QUOD SANCTISSIME OBSERVATUM FUIT.

EX HORUM NUMERO FORTISSIMUS HIC VIR, CUJUS EPITAPHIUM INCITAMENTUM DEDIT HISTORIÆ HUIC NOBILISS. OPERI MEO INSERENDÆ. INSCRIPTIO IGITUR HUJUS SAXI SEPULCHRALIS EST.

GLO-

GLORIOSUM ISTUD SYMBOLUM FORTISSIMIS BREDÆ EXPUGNATORIBUS PROPRIUM. DE INSIGNI HAC EXPUGNATIONE URBIS BRÆDÆ,

CARMEN HOC DECASTICVM FACTVM ERAT.

JAM CREDI RES GESTA LICET, NON VANA POESIS,
MACHINA TROJANI QUÆ CELEBRATUR EQUI;
QUEM FÆTUM HOSTIBUS, ET FATALI FVNERE TROJÆ,
IPSA INTRA MUROS TRAXIT ET ARCE STITIT.
HOC HERAUGERUS MERUIT, QUI TALIBUS AUSIS
TALE EDI FACINUS POSSE REAPSE PROBAT,
QUI NAVI OCCULTUS, QVAMQVE IPSE ATTRAXERAT HOSTIS,
BREDÆ AVSV SIMILI ILLABITVR; AT PONITVR,
HOC DIFFERRE TAMEN: QVOD TROJA HOC CORRUIT ASTU,
SED BREDA EXCVSSO EST LIBERA FACTA JVGO.

HEUSDÆ.

D. O. MAX. S.

DN. NICOLAO BLANCKAERT V. CL. IN QUO MIRA INGENI ACRIMONIA, CUM VITÆ AC MORVM INTEGRITATE CERTABAT: QUIQ AD REIP. HEVSDANÆ GUBERNACULA ADMOTVS, VRBIS AC DITIONIS EJVSDEM TOPARCHA FVIT, PRÆTVRA SINGVLARI CVM PRVDENTIA, INDVSTRIA, AC FIDE DEFVNCTVS: IDQ, QVOD RARVM, PER ANNOS XXX. ET AMPLIVS, PATRIA ETIAM INFESTATA HOSTILIBVS ARMIS, VXOR ET LIBERI HÆREDES; ILLA OPT. MARITO, ISTI PARENTI CHARISS. HOC AMORIS AC PIETATIS EXTREMVM OFFICIVM EXOLVERVNT. ANNOS NATVS LXVI IN TERRIS, VT COELO FRVERETVR, ESSE DISIIT TERTIO NON. SEXTIL. Aº. D. CIↃ. IↃC. XII.

VITA CRESCENDO
DECRESCIT.

AMPLISS. CONSULTISS. SPECTATISSIMOQUE
VIRO,
DOMo. MAGISTRO VAN DEN BROUCK J. U. L.
CIVITATIS HEUSDANÆ SEXTUM CONSULI,
SEPIUSQUE IN FORO ET AGGERUM ALTIORI
CONSESSU PRÆSIDI,
IN ECCLESIA SENIORI, IN TEMPLO ÆDILI,
ANNO SUÆ ÆTATIS DECIES SEXTO
FATIS CONCEDENTI,
HOC QUALECUNQVE HONORIS MONVMENTVM
OB EJVS EXIMIA DE REPVBLICA MERITA,
AD ÆTERNAM POSTERITATIS MEMORIAM ERI-
GI, ATQVE HÆC SVBSEQVENTIA ACCINI
JVSSIT

S. P. Q. H.

CUI TOTIES VENERANDA SUAS ECCLESIA CU-
RAS,
ET TOTIES FASCES CREDIDIT HEUSDA
SUOS,
ASTRÆÆ COLUMEN, PRETIO MENS NESCIA VIN-
CI,
INSIGNIS MERITIS, ET PIETATE GRAVIS,
BROUCKIUS, EXEMPLUM SENIOR VENERABILE
MORUM
OCCIDIT, HEU! QUANTOS MORS RAPIT ATRA
VIROS.
IPSA SEDET TUMULO CANUM POSITURA CA-
PILLUM RELLI-

RELLIGIO, ET PATRIÆ NON PERITURUS AMOR.
SOLA FIDES SED PLENA SUI, SUSPIRIA CLAMAT
MITTITE, PLEBEIIS MANIBUS ISTA DAMUS.
STAT CONFERRE GRADUM LIVOR, TUA PROVOCO TELA,
TU FLE, QUOD VIRTUS CONSECRAT IPSA CAPUT.

WIEN STADT HAER SCHEPTER DORSTEN KERK HAER SORG BETROUWEN,
WIEN VIERSCHAER VOOR ZIJT GAF, 'S LANDS HEIMRAET KOOS VOOR 'T HOOFT,
TE RECHT EEN RECHTS GELEERD, DIE 'T RECHT RECHT WIJST T'ONTVOUWEN,
RUST HIER, DOCH HEEFT VOOR DIE ZIJN LEVEN AFGESLOOFT;
DAEROM BLIJFT OOK ZIJN LOF ZOO ARBEIDSAEM VERKREGEN,
HEM NAER DIT LEVEN BY, DIT TEEKEN TOT ZIJN EER,
VAN HEUSDENS OVERHEYDT GERICHT, HET VOLCK GENEGEN,
ZIJN LICHAEM HIER IN RUST, ZIJN ZIEL BY DEN HEER.
1668.

Js. W. Ut. Jur. & Phil. Doct. W. van Nijmegen Scripsit 1668.

Le-

Latine Sic.

CUI BENE SPECTATO SCEPTRUM CONCREDITUR URBIS,
CONVENTUQUE SACRO TEMPLI COMMISSA POTESTAS;
CUJUS ADORNAVIT PRUDENTIA SUMMA TRIBUNAL,
CONSILIUM ARCANUM PATRIÆ QUO PRÆSIDE GAUDET,
JURIS CONSULTUS RITE QUIA JURE PERITUS,
NOVERAT ET RECTE RECTAS EXPONERE LEGES.
HIC RECUBAT POSTQUAM VITAM PROFUDERAT URBI.
VIVIT IN ÆTERNUM GENEROSO PARTA LABORE
GLORIA, NEC CEDRI NEC MARMORIS INDIGA DURI;
HOC TAMEN IN LAUDEM GRATI POSUERE SENATUS
HEUSDANUS POPULUSQUE, VIRO MAJORA MERENTI.
SPIRITUS IN CÆLIS CORPUS REQUIESCIT IN URNA.

Ibid.

ASPERÆ.

In Templo hujus Urbeculæ ſuſpenditur in ampla Tabula, HISTORIA VALDE LACHRYMABILIS, DE INVASIONE TERRIBILI EJUSDEM A SICAMBRIS, ET POST PUGNAM CRUENTAM EXPUGNATIONE, UNA CUM TOTALI CIVIUM TRUCIDATIONE, quam linguâ Batavica traditam (omiſſo largo nominum Catalogo) tranſcripſi & Latinam reddidi; etiam & illuſtrare in animo fuit, ſed plurimos Hiſtoriographos Belgicos ea de re conſulens, nullibi inveni.

1517.

IN 'T JAER 1517 NAEMEN DE OOSTVRIESEN, DIE MEN NOEMDE GELDERSE VRIESEN, DESE STADT ASPEREN MET GEWELT IN: EN SLOEGEN AL DOOT, MAN WYF EN KINDEREN, GEESTLIJCK EN WERELTLIJCK; EN DAER BLEVEN VIJF HONDERT GELDERSE VERSLAGEN.

Hier wort de Lijſt bygevoegt van alle die gene de welcke door de Vrieſe Gelderſen zijn omgebracht; onder anderen PETRONELLA EEN MANDEMAKERS VROUW: HET SCHRICKELICK LOT VAN DESE VROUW DIENT NIET VOORBY TE GAEN, DE WELCK HAER VRUCHT LEVENDIG UIT HAER BUYCK GESNEDEN WERT. SOMMA 264 BEHALVEN DE ONBEKENDE VAN BINNEN EN VAN BUYTEN, DIE HAER NAMEN ONBEKENT SIJN GEBLEVEN.

Latine Sic.

1517.

Ao. 1517 FRISIJ ORIENTALES VOCATI FRISIJ SICAMBRI, HANC URBEM ASPERAM VI CEPERUNT, ET TRUCIDABANT OMNES, VIROS, FÆMINAS, PUEROS, CLERICOS ET LAICOS, QUINGENTI ETIAM EX IPSIS SICAMBRIS CÆSI RELICTI SUNT.

Hic additur in Tabula, Catalogus magnus nominum eorum, qui a Frisijs Sicambris cæsi sunt; inter quos, PETRONELLA VIMINARIJ CUJUSDAM UXOR: HUJUS FÆMINÆ SORS ADEO TREMENDA HAUD PRÆTEREUNDA EST, CUI EMBRYO ADHUC VIVUS CORPORI EXSECTUS FUIT. SUMMA TOTALIS 264, PRÆTER IGNOTOS TUM CIVES TUM PEREGRINOS, QUORUM NOMINA IGNOTA REMANSERUNT.

HIER LEGGEN BEGRAVEN DE EDELEN WEL GEBOREN HEER, JONCKER WESSEL VAN DEN BOETZELAER, HEER TOT ASPEREN TOT LANGERANCK. STERF Ao. XIIIIC. XCII. DEN 21 JULIJ.

ENDE JONCK. RUTGER VAN DEN BOETZELAER, HEER TOT ASPEREN &c. ZIJN SOON, STERF Ao. XVC. XLV. DEN XIIIIC. SEPTEMB.

HIER LEYT BEGRAVEN JUFFROUW BERTA VAN ARKEL, VROUWE TOT ASPEREN; STERF IN 'T JAER XVC. en LVIII. DEN XV. OCTOBR.

HIER LEYT BEGRAVEN DEN EDELEN EN WEL-GEBOREN HEER, JONCKER WESSELDER VAN DEN

DEN BOETZELAER, VRY HEER TOT ASPEREN EN LANGERANCK, EN STERF. . . . .

EN JUFFR. FRANSOSA VAN PRAET, VROUW VAN CORNES SIJN HUYSVROUW DIE STERF Ao. XVC. LXV. DEN VI. FEBR.

Latine Sic.

HIC JACENT SEPULTI, NOBILIS GENEROSUS DOMINUS, DOMINUS WESSEL VAN DEN BOETZELAER, DOMINUS IN ASPERA ET IN LANGERANCK. MORTUUS Ao. 1492. JUL. 21o. DIE.

ET DOMINUS RUTGER VAN DEN BOETZELAER, DOMINUS IN ASPERA &c. EJUS FILIUS, MORTUUS Ao. 1545. 14. SEPTEMB.

HIC JACET SEPULTA DOMINA BERTA AB ARKEL, DOMINA IN ASPERA, MORTUA Ao. 1558. OCTOBRIS 15 DIE.

HIC JACET SEPULTUS NOBILIS ET GENEROSUS DOMINUS, DOMINUS WESSELDER VAN DEN BOETZELAER, BARO IN ASPERA ET LANGERANCK, MORTUUS . . . . . .

ET DOMINA FRANCISCA A PRAET, DOMINA IN CORNES, EJUS UXOR, MORTUA ANNO 1565. 6. FEBRUARIJ.

ibid.

NOBILISSIMA FÆMINA cujus Epitaphium sequitur, ut mihi narratum fuit, erat filia

INCLYTISSIMI AC NOBILISS. VIRI PHILIPPI MARNIXIj St. ANDEGOLDANI PAPÆ ROMANO ET TYRANNIDI HISPANICÆ QUAM INFENSISSIMI, WILHELMO PRINCIPI AURIACO CONSILIARII INTIMI; FIDISS. SAGACISS. PATRIÆ LIBERTATIS ET REFORMATÆ RELIGIONIS VINDICIS ACERRIMI, PATRONI OPTIMI, ACRIMONIA INGENIJ, ET ERUDITIONE INSIGNI PRÆCLARI, INTER ORATORES ETIAM ET POETAS SUÆ ÆTATIS VIX ULLI SECUNDI; QUI TAM FACTIS QUAM SCRIPTIS SUIS EGREGIJS, TANTUM REFORMATIONI CONTRIBUIT, UT VENERANDUM ADMODUM NOMEN RELIQUIT, AD CUJUS MENTIONEM OMNIS ASSVRGET POSTERITAS.

GRAF-SCHRIFT

VOOR DE WEL EDELE, ENDE SEER DEUGTSAME VROUW, VROUW AMELIA VAN MARNIX VAN St. ALDEGONDE, IN HAER LEVEN VROUWE VAN DER MERWEDE, IN DEN HEER GERUST DEN 22 MEY 1604.

HOORT TOE WIE DAT GHY ZIJT, SONDER VOORBY TE GAEN,
EN OM TE LESEN DIT, WILT HIER WAT STILLE STAEN,
IMMERS INDIEN GHY WILT WETEN WIE DAT ICK BIN,

EN

EN OOCK WIE DAT ICK WAS DOEN ICK
HAD LEVEN IN.
AMELIA ICK WAS DIE DEUCHTSAME
HUYSVROUW
MYNS HEEREN ENDE VRINTS, DIE MY
WAS SEER GETROUW,
DIEN ICK GEGEVEN WAS, VOOR EENE
GESELLINNE,
GELEDEN NU SES JAER, UYT RECHTE
TROUW EN MINNE,
DOOR GODTS ONS HEEREN WIL, EN
MET BEVINDEN GOET
DER VRINDEN ALTEMAEL, DIE DE
SAECK WAREN VROET,
OM TE BELETTEN NIET, AL SULCKEN
HOUWELIJCK
HET WELCK GESLOTEN WAS BOVEN IN
'T HEMELRIJCK,
MAER HEBBEN EENEGAER OM ONS TE
GEVEN VREUCHT,
'T HIJLICK GESLOOTEN VAST EN ONS
DAER ME VERHEUGHT;
EN ALSOO HEBBEN WY IN VREED EN
EENICHEIT,
GELEEFT T'SAEM SES JAER ONDER 'T
HEEREN BELEIT,
DIE VOLBRACHT ZIJNDE, NU IS 'T GO-
DES WIL GEWEEST,
MY TE NEMEN VAN HIER GERUST EN
ONBEVREEST,

NOCH LATENDE ACHTER HIER MIJN
KINDERS MET DE VADER,
DIE OM 'T VERLIES VAN MY, BEDROEFT
ZIJN T'ENEGADER.
GODT WIL SE GADE SLAEN EN GEVEN
GOEDE JAREN,
EN TOT DEN LESTEN SNACK VOOR
AL HET QUAET BEWAREN.
MAER SO VEEL MY BELANGT, ICK HEB
DE PLAETS BEVONDEN
DAER ICK NU BEN GERUST, EN VRY
VAN ALLE ZONDEN.
MIJN VRINDEN WIE GY ZIJT GY MOET
MY NIET BEKLAGEN,
MAER MET MY BLIJDE ZIJN NU ENDE
T'ALLEN DAGEN.
OM DAT MY GODT DEN HEER HEEFT
IN ZIJN RIJCK GENOMEN,
DAER ICK NU VROLIJCK BEN EN SON-
DER EENICH SCHROMEN,
EN WILT GY OOCK ALSOO GESTADIGH
DAER NA TRACHTEN,
OM MY TE VOLGEN NAER EN 'T SELF-
DE T'VERWACHTEN.

DAT GHEVE ONS GODT.

Isa.

Latine Sic.

EPITAPHIUM NOBILISSIMÆ VIRTUOSISSIMÆ DOMINÆ, DOMINÆ AMELIÆ DE MARNIX St. ALDEGONDANÆ,

DUM VIVERET DOMINÆ IN MERWEDE, QUÆ IN DOMINO REQUIEVIT. 22 MAIJ 1604.

AUDI QUISQUIS ADES, PAULISPER SISTITO GRESSUM
DUM LEGIS HÆC, SALTEM, SI VIS COGNOSCERE QUÆ SIM
QUÆQUE FUI, QUONDAM CUM TERRIS HOSPITA VIXI.
VIRTUTUM CULTRIX JACET HIC, MARNIXIA PROLES,
FIDA MEA DOMINO FERCHARAQUE AMELIA CONJUNX,
FÆDERE QUI SACRO, SACRO MIHI JUNCTUS AMORE.
CUI ME CONCESSIT SOCIAM MENSÆQUE TORIQVE,
(ELAPSIS JAM SEX ANNIS) DEUS OPTIMUS AUTOR
CONJUGIJ, LÆTIS COGNATIS OMNIBUS; ILLI
CÆLITUS ADMISSO CUPIDI CONCURRERE PACTO,
MILLIA CONJUNCTIS OPTABANT GAUDIA NOBIS.

AUSPICIJS CHRISTI BIS TRES CONTRIVIMUS ANNOS,
CUM VOLUIT DOMINUS CONCORDI PACE LIGATOS
DISJUNGI, PLACIDEQUE ANIMAM MIHI REDDERE JUSSIT
INTREPIDAM; PATRIQUE LUBENS MEA CARA RELIQUI
PIGNORA, SED TRISTI FLANGENT MEA FUNERA CORDE.
DET DEUS UT DULCES DEGANT FÆLICITER ANNOS
IMMUNESQUE MALIS, ADERIT DUM SPIRITUS ILLIS.
IPSA (DEO GRATES) VENTIS AGITABAR ET UNDIS
PORTUM NUNC TENEO, PECCATIS OMNIBUS EXPERS.
ABSIT PECTORIBUS PRO ME PLORARE DILECTI,
AT MECUM LÆTI, TOTAM TRADUCITE VITAM,
CUI REX CÆLORUM REGNO JUBILARE SUPERNO
DONAVIT, DOLOR INDE FUGIT TERRORQUE TREMORQVE.
VLTIMA: VOS MONEO VESTIGIA NOSTRA SECUTI
ÆTERNUM CÆLIS PATIENTER QVÆRITE REGNUM.

HOC DEUS NOBIS CONCEDAT.

Ibid.

VI-

VIANÆ.

Miratus ſum valdè me nullum Epitaphium inveniſſe DE ANTIQUISS. ET NOBILISS. COMITIBUS BREDERODIJS in hac urbe, & ſede eorum vetuſta & Ditione: Præſertim DE MAGNO ILLO COMITE BREDERODE HENRICO, BEAT. MEMORIÆ, QUI DUCENTIS VIRIS GENEROSIS COMITATUS ANNO 1566. PROVINCIAS HEROICE PENETRANS, BRUXELLAS APPULIT, ET AUDACISSIME PETIVIT ABOLITIONEM EDICTORUM, QUIBUSCUM CONSCIENTIÆ CAUSA, TUNC TEMPORIS BELGIUM VEXATUM FRAT: ET CUM MULTA POSTHAC HONORIFICA EDIDIT EXPERIMENTA, ANIMI FORTISS. PARITER AC LIBERTATIS ET RELIGIONIS REFORMATÆ STUDIOSISS. TANDEM FACTIS HOC ADDIDIT, UT PRO EADEM CAUSA PASSUS EST ET EXILIUM ET CONFISCATIONEM BONORUM USQUE AD MORTEM: UNDE MERITO INTER SUMMOS CAUSÆ REFORMATÆ HEROAS ANNUMERARI DEBET; Sed cum exterminatus, in Pago quodam Germaniæ Spiritum Deo reddidit & tumulatus

latus eſt, ibidem quicquid in memoriam ejus ſaxo committitur legendum eſt.

Nec tamen cæptum hoc, Herois hujus Eccellentiſſ. in Libertatis & Religionis reformatæ ſtrenua aſſertione male ceſſit, aut illi aut patriæ ejus, quamvis ipſe in tam Nobili Conamine omnia, etiam & vitam, amiſit; cum Chriſtus promiſit unicuique cognatos, filios, Ædificia vel prædia pro ejus cauſa relinquenti, centuplum (nempe pace conſcientiæ & gaudio interno) cum vita æterna; ET MEMORIA IPSIUS (UNDEQUAQVE FRAGRANS) HISTORIJS ET ANIMIS OMNIUM PROBORUM ALTISSIME INFIXA, MOMUMENTUM IBIDEM ADEPTA EST, OMNIBUS MAUSOLEIS LONGE PRÆCELLENS, QUODQUE INDIGNANTE LIVORE, IN SUMMO HONORE AC VENERATIONE AD NOVISSIMAM USQUE POSTERITATEM HABEBITUR: & hæredes ejus Nobiliſſimam ſuam Ditionem, unà cum Prædijs Ampliſſimis, paucis poſt hinc annis recuperarunt & hucuſque tenent: Et Belgium a tyrannide Hiſpanica liberatum de ea Triumphavit, libertate reſtituta; ac Religio reformata anno 1583. (intra 16 vel 17 annos ab illius pro ea quam Maximo ſuſcepto,) poſt multa prælia acerrima commiſſa,

missa, multosque labores ab ejus Cultoribus perpessos, Divino favore tantum prævaluit, ut totarum 7 Provinciarum Fœderatarum Decreto, pro unica Belgicæ Reipub. Professione, publicis prædicationibus & exercitiis exhibenda sancita est.

Jam vero pauca de FAMILIA PRÆNOBILI, ET NUPERO COMITE, anno 1679 Defuncto, qui Cælibatu vitam finiens, Lineam Masculam familiæ suæ clausit. Cujus Epitaphium nec dum Marmori commissum est, sed Historia ejus Capulo suo ferali insculpta, una cum ipso sepulta Jacet, nec obtinenda erat. Titulos tantum ejus vidi in fæneſtella Domus cujusdam latine Depictos ut sequitur

WOLPHARDUS
COMES A BREDERODE,
EX CELCISSIMO COMITUM HOLLANDIÆ
STEMMATE ORTUS,
SUPREMUS DOMINUS VIANÆ AMEIDÆ &c.
BURGRAVIUS HÆREDITARIUS
TRAJECTI AD RHENUM,
DYNASTA BREDERODE NORDLOOS &c.
TOPARCHA IN CLOETINGEN HAEFTEN

HER.

HERWIJNEN HELLOUW NIEVELT &c.
DOMINUS DOMINORUM
ET TERRARUM VOSHOL &c.
TURNÆ EQUITUM DUX &c.

Multa vero Insignia ejusdem Familiæ Glorioſiſſima, in Sacello magno ei proprio ſuſpenduntur, & MAUSOLEUM SUMPTUOSISSIMUM, cum ſtatuis quibuſdam tanta Familia Dignis videndum eſt; etiam & Sceleton quoddam Sculptile (rariſſimum ſane quod vidi) a Viro quodam Anatomes æquè ac ſtatuariæ Peritiſſ. Factum, in quo mirum certamen artis utriuſque exhibetur: ex alteris vero monumentis Epitaphia aliquot ex hoc Templo tranſcripſi quæ ſequuntur

D. O. M. & C. S. S.

NOB. ET AMPLISS. VIRO
D. DAVIDI SWEERTS DE WEERDT,
SCABINO ET SENATORI SIJLVÆ DUCENSI,
E PATRITIA ET PERANTIQUA BRUXELLIS
HOSPITUM SIVE GLADIFERORUM
FAMILIA ORIUNDO;
QUEM IN VITA DUX PRUDENTIA,
USUS RERUM, MAG. PIETAS, ET EIS
CUM SINGULARI HUMANITATE COMES
GRA-

GRAVITAS,
PRISCIS ILLUSTRIBUSQUE VIRIS PAREM,
ET NOSTRO ÆVO RARUM,
OMNIBUSQUE CARUM FECERUNT:
UXOR ESTHERA VAECHT, ET MARIA F. M. P.
VIVERE CEPIT A. S. M.D. LXXIV.
DESIJT ANNO. M. DC. XXX IX.
IMMORTALE DEO REDDENS MORTALE SEPULCHRO.

D. O. M.

&

ÆTERNÆ MEMORIÆ
NOBILISSIMÆ MULTAQUE VIRTUTE
ET PROBITATE PRÆDITÆ
D. THEODORÆ
EX ANTIQUA ET NOBILI ADMODUM
APUD GELDROS STEMMATE WESIORUM
ORIUNDÆ.
QUÆ VIXIT ANNOS LVII. Mens. II. D. III.
ET RELICTA CORPORIS SARCINA AD MELIOREM VITAM EX HAC CADUCA
ABIJT 27 MAIJ 1633.

Ibid.

NA-

NATALIUM SPLENDORE,
MAJORUM PROSAPIA, PRÆCLARO VIRO
D. PETRO CHANTERAINE
DICTO BROUCQSAUT,
QUI PROPTER SINGULAREM
ORTHODOXÆ RELIGIONIS CULTUM,
FLANDRIA NATALI SOLO, ET AVORUM
ABAVORUMQUE DOMINIJS EXPULSUS,
INNUMERIS ANTE EXANTLATIS
DEVORATISQUE MISERIJS,
HIC LOCI SEDEM FIXERAT;
AD POSTREMUM, VITAM EXOSUS,
RERUMQUE HUMANARUM
PERTÆSUS,
PIAM ANIMAM DEO CREATORI
RESTITUIT;
CORPORIS SPOLIA
HOC IN TUMULO CONDITA
NOVISSIMO DIE RESUMPTURUS
OBIJT 21 DIE SEPT. 1646.

Ibid.

APPRIME NOBILI, AC PRÆSTANTI ANIMI JUXTA ATQUE CORPORIS DOTIBUS, ILLUSTRISSIMÆ VIRGINI, JUSTINÆ DE CHANTERAINE DICTÆ BROUCQSAUT, EX ANTIQUA CHANTERAINEORUM APUD ARTHESIENSES FAMILIA ORIUNDÆ; QUÆ CUM ANNOS DUOS MASCULO ET INVICTO ANIMO CUM TABE COLLUCTATA ESSET, TANDEM DEO ITA JUBENTE, MAXIMO SUIS SUI RELICTO DESIDERIO, INCREDIBILI CONSTANTIA MORTALITATEM EXPLEVIT, ANIMAMQUE CÆLESTEM CÆLO REDDIDIT V. DIE MAIJ.

Anno M. DC. XLV.

ibid.

D. O. M. S.

HIC DEPOSITA SUNT OSSA VIRI VIRTUTE ET GENERE STRENUI, NOBL. ET GENEROS. MAGNI GULDENSTERN, DNI. DE FULTOST ET SEEHOLM IN DANIA; QUI CUM HEIC LOCI (NATUS ANNOS 62) PEREGRINATIONIS SUÆ METAM INVENISSET, FÆCUNDA VITÆ BEATIORIS SPE, DIERUM ATQUE ERUMNARUM SATUR, PLACIDE IN DOMINO OBDORMIVIT VIANÆ VII APRIL. 1639.

HIC NUDI
ILLIC INDUTI REPERIEMUR.

Ibid.

D. O. M. S.

D. O. M. S.

ADSTA VIATOR
ET PIOS VENERARE MANES.
SITUS EST HIC
BALTHASAR A COEGELEN A
DORTMONDT,
SERENISSIMI HOLSATIÆ DUCIS
MEDICUS,
ERUDITIONE CLARUS,
EXPERIENTIA UNICUS.
VIXIT VT MORITVRVS, MORTVVS VT VICTVRVS
ÆTERNI JUDICIS EXSPECTAT ADVENTVM.
VALE ET PLORA.

OBIJT 10 JVNIJ ANNO SALVTIS
M. D. C. LXIV.

ibid.

D. O. M. S.

OBIIT MARIA AB ALPHEN
DIE XVIII. MARTII ANNI M. DC. LXVII.
ET QUOD MORTALE RELIQUIT,
MARITUS MÆSTISSIMUS
HENRICUS COEGELEN A DORTMONDT
HEIC TUMULO CONDIDIT,
DIE XXVII. EJUSDEM MENSIS AC ANNI.

Viana

VETERAQUINI.

PIÆ MEMORIÆ
VIRI CL.
RUDOLPHI SNELLIJ A ROYEN,
PATRICIJ VETERAQUINATIS;
QUI ANNO M. D. XLVII. V. OCTOB. NATUS,
IUVENTUTIS PARTEM,
DOCENDIS MARPURGI IN HASSIA LITERIS
ET ARTIBUS CUM LAUDE EXERCUIT;
ÆTATEM RELIQUAM
IN ACADEMIA LEYDENSI,
TUM MATHESEOS TUM HEBRÆÆ LINGUÆ
PROFESSIONE, CUM CURA FIDE
ET BONO PUBLICO EXEGIT:
BIS RECTORATU HONORIFICE FUNCTUS,
ILLUST. DUOBUS MAURITIIS,
PRINCIPI AURIACO,
ET LANTGRAVIO HASSIÆ,
OB ARTIUM QUAS AMABANT
PRÆSTANTIAM CARUS,
TANDEM LEYDÆ, ANNO ÆTATIS SUÆ
SEXAGESIMO SEXTO 2. MART.
DEO ET NATURÆ CONCESSIT.
HOC PATRIÆ LOCO,
UBI CORPUS HUMARI IPSE VOLUIT,
MONUMENTUM QUOD PATRI DECREVERAT
FIL. WILLEBRORDUS,
PATERNÆ VIRTUTIS HÆRES ATQUE DECUS,

EJUSDEM FILIUS RUDOLPHUS,
AVO PONENDUM CURAVIT.

HIER LEYT BEGRAVEN
RUDOLPHUS SNELLIUS VAN ROYEN,
IN SYN LEVEN PROFESSOR MATHESEOS
IN DE UNIVERSITEIT VAN LEYDEN.
STERFT DEN 2. MART,
ANNO 1613.

Latine Sic.

HIC JACET SEPULTUS
RUDOLPHUS SNELLIUS A ROYEN,
DUM VIVERET PROFESSOR MATHESEOS
IN ACADEMIA LEIDENSI. VITA FUNCTUS
2 Martij Ao. 1613.

MORS JANUA VITÆ.
THEODORUS TROMPER GULIELMI CONSULIS FILIUS, VETERAQUINAS, PATRIÆ A SECRETIS, CUM UXORE SUA MARGARITA ARMINIA, IMMORTALITATIS EXUVIIS SUB HOC SAXO DEPOSITIS, EXPECTANT RESURRECTIONEM. NATUS EST Ao. M. DC. XXXII. DIE 25. APRILIS. OBIIT ANNO M. DC. LXXIII, DIE 7. MAIJ. NATA M. DC. XXXVI. DIE 16. OCTOB. OBIIT ANNO M. DC. LXXVI. DIE 20 MART.

ibid.

DEO TRINO ET UNI OPT. MAX.
SACRUM
ET ÆVITERNÆ MEMORIÆ
ORNATISSIMI CORNELII JACOBI
VAN DER HOEF J. V. L.

QUI

QUI POSTQUAM SOSPES EX GALLIIS REDIISSET. PIE IN COMPLEXU MATRIS ET AMICORUM OBDORMIVIT, IPSIS KALENDIS MARTII M. DC. III. HIC RESURRECTIONIS DIEM EXPECTAT: VIXIT (DEMPTIS OCTO DIEBUS) ANNOS XXIV. MARGARETA WILLHELMI, MATER DEFUNCTI, HOC MORTALE IMMORTALIS OBSERVANTIÆ MONUMENTUM, DILECTO HEU! FILIO, MÆSTA CUM LACHRYMIS POSUIT. VIXIT ANNOS XXIV. DIEB. XIIX. MEN. 9.

Ibid.

NOBILI AC STRENUO,
D. JOHANN GIBSON EQUITI,
APUD MAG. MAGNÆ BRITANNIÆ REGEM
MILITUM VICE TRIBUNO,
ET APUD INLUSTR. BELGIJ ORDD.
CENTURIONI.

B. M. CONJUX MÆSTA M. H. L. M. Q.
J. P. EXCESSIT ANNO ÆRÆ
CHRISTIANÆ CIↃ. IↃC. XXXV. ÆTAT. LV.

Ibid.

IN CURIA HUJUS URBIS VIDENDA EST IN MAGNA TABULA LIGNEA AD PARIETEM, MISERABILIS DESCRIPTIO EXPUGNATIONIS ET CONFLAGRATIONIS EJUSDEM; ETIAM ET HORRIBILIS ILLIUS STRAGIS AC INTERNECIONIS CIVIUM AB HISPANIS OLIM PERPETRATÆ, CUM RELATIONE BREVISSIMA AD FINEM TABULÆ BATAVICE CONSCRIPTA, HIS VERBIS.

OUDEWATER

ONDER PHILIP 2. KONINCK VAN HISP. DOOR BELEIT VAN HIERGES BELEGERT DEN 19. JULIJ, IS NAE DAPPERLIJCK BESCHIETEN, ENDE GROUWELIJCK GEVECHT, STORMENDERHAND INGENOMEN; SOLDATEN, BURGEREN, VROUWEN EN KINDEREN, WREEDLIJCK VERMOORT, ENDE DE STADT VERBRANDT OP DEN 7. AUGUSTI 1575.

Latine Sic.

VETERAQUINUM

SUB PHILIPPO SECUNDO HISPANIARUM REGE, DUCTU HIERGES, OBSESSUM 19 JULIJ, POST STRENUAM DEFENSIONEM A TORMENTIS, ET HORRIBILEM PUGNAM, IMPETU CAPTUM EST; MILITES, CIVES, FÆMINÆ ET PUERI, CRUDELITER TRUCIDATI, ET URBS INCENDIO DELETA 7. ID. AUGUSTI 1575.

Hiſtoriam hujus expugnationis & internecionis, quoniam valde notabilis eſt paucis tradam.

Tractatu pacis inter REGEM HISPANIARUM ET ORDD. infauſtè finito, utrinque laboratum eſt, quâ poſſit, præparationes

tiones bellicas expedire ; & quamvis ab ORDINIBUS ET PRINCIPE AURIACO Summoperè cautum fuit, hosti quacunque obsistere, tamen HIERGES DUX EXERCITUS A PARTE REGIS, rei Bellicæ expertissimus, eos circumveniebat : Quiescens enim cum exercitu suo 15 Dies BEVEROVICI, e regione HOLLANDIÆ SEPTENTRIONALIS, ex improviso cum exercitu suo retrocessit in Geldriam, BURAM usque ; quæ licet arce fortissimâ munita fuit, tamen inexpectato aggressu perterrita, minimâ oppugnatione factâ ipsi cessit. Omnibus igitur ibidem in vado positis, versus Ultrajectum motu celerrimo receſſit, & additione novarum Copiarum ad 10 millia hominum auctus, exercitum sùùm in tres Partes Dividit ut hostem incertum propositi sui redderet ; quarum una pars BOMMELIAM versus, altera WORCOMIUM, tertia versus SCHOONHOVIAM contendere simulabat, cum locus revera Destinatus fuit VETERAQUINUM: quæ Civitas nihil de proprio periculo suspicans, de Goudano admodum sollicita erat, quoniam rumor spargebatur de Hispanis GOUDAM invâsuris,

quam etiam hortata eſt, maximam curam ſuiipſius gerere; ſed eheu! quam fatalis res ſemper Securitas, Hierges copias ſubitò Divertens, quam celeriter Veteraquinum tendit, & eodem modo quo paulò ante BURAM, hanc etiam urbem inopinantem deprehendit. Nam quamvis Ruſtici multo mane, appropinquatione exercitus ejus territi aufugientes, urbem advertebant, & variæ eruptiones ad acceſſionem ejus impediendam factæ ſunt, tamen poſt duarum horarum Dimicationem erumpentes repulſi, ad propugnaculum quoddam extra urbem prius recedentes, ſed brevi illud etiam relinquentes, in urbem ſe receperunt, 7 vel 8 ex eorum numero deſideratis; cujus propugnaculi amiſſio, maximum fuit urbi incommodum, quia inde facile poterant hoſtem ab aggeribus ſuis extruendis inhibere, & quovis tempore campos circumcirca urbem, aquis circundare: Quod non ſolum omiſere, quamvis ad hoc idem a PRINCIPE AURIACO tempeſtive moniti (ne fænum amitterent) ſed fortalitium iſtud aquis immittendis aptiſſimum Deſervere. HIERGES igitur hoſte receſſo, urbem varijs Fortalitijs cingit; in qua milites erant circiter 350, cives armis idonei

vix

vix totidem, quia ex parva hac urbe, peſtis anno præcedente 3000 quâ cives quâ milites abripuiſſet. Dicitûr, ante obſeſſionem nulli 4 Centurionum gubernationem urbis fuiſſe delatam, quæ jam urgente neceſſitate ſortibus miſſis deferenda MUNTERO ceſſit; Viro equidem audaci, ſed arte & experientiâ Bellicâ vix æquiparando Sti. MARIÆ, qui obſidioni Harlemenſi interfuerit. A ſecundo ab urbe lapide fortalitio verſus Goudam a Germanis turpiter deſerto Yſſula clauſa eſt, & commeâtui iter interceptum. Initio, obſeſſi crebras eruptiones fecere hoſtem invadentes, poſtea militi magis parcent; Imagines in Mœnia deferunt hortatu Centurionum, ut hoc opprobrio hoſtibus exacerbatis fortius pugnarent ſui, filices & rudera etiam huc afferunt in defenſionem.

AURIACUS venit GOUDAM quem HIERGES timens urget opus; jamque paratus 28 tormentis & urbem pulſans, monet ut cives eam dedant: reſpondent, ſe pro rege ſub ductu AURIACI eam ſervare, petunt triduum ut cum ipſo conſulant. Concedit duas horas, quibus præter fluxis eo ipſo die 1600. glandes majores in urbem ſunt exploſæ: cum hoſtis deſineret ab exploſione,

ne, miles quidam audacter se in mænium hiatu ponit, & hostili ordine perspecto (quod mirum) illæsus redijt. Nocte clauditur hiatus ille Cannabe, retibus vetustis, cupis terrâ plenis, quæ tegebantur lignea occâ plenâ ferreis clavis: murices spargebantur exterius prope mænia: habebant ad manum circulos vimineos pice liquida intinctos, cum pice & plumbo liquato. Inter alia in promptu erant duæ trabes rotundæ undique clavis ferreis armatæ, quæ ope funium & rotarum, in insultores pro re natâ demitti possent. Hispani Cannabe & silicibus fossam replebant, his terra superingesta est, & aggeri Pontes instrati. Mane labor Civium tormentis hostilibus dirutus fuit.

Idem Miles qui pridie audacter opera hostilia conspexit, id opus fæliciter repetit. Hispani ulterius tormentis prosternunt mænia, tandem mittunt aliquos qui simularent se urbem invasuros; cives afferunt trabes illas clavis ferreis armatas, quas dimittunt, sed a tormentis Hostilibus diffractæ sunt: mox Hispani urbem aggrediuntur, hastis res agitur; fœminæ puerique, Militi & Civi, omnem opem ferunt: sed cum oppugnatoribus delassatis novi succedere debent, paucitas Civium non

non permiſit. Poſt reſiſtentiam horæ & quadrantis urbs invaditur, quando Hiſpani non Ferarum ſed Cacodæmonum inſtar inſæviebant & quicquid immanitatis vel ab ipſis excogitari, vel ab illis ſuggeri quivit, perpetratum eſt; tot Horrificas clades commiſere, præſertim fæminarum & puerorum, ut vix animus ſufficiat recenſere quæ in Hiſtoria Batavicè de hac re conſcripta legi, quæque intima quævis Lectoris viſcera penetrare, ipſam etiam fere ſcribentis pennam & chartam horrore afficere queant. Pauca ſolummodo excerpſi Hiſpanicæ crudelitatis ſpecimina, quibus perpenſis facile poteſt lector de cæteris Judicium ferre.

Joannem Galaſium urbis Paſtorem, poſtquam filium ejus prius in conſpectu ipſius mactaſſent, laqueo ſuſpenderunt. Virum quendam innominatum palo affixum (in modum crucis) diuturnis admodum cruciatibus exanimabant.

Mulieres 8 in una domo ob terrorem deliteſcentes (etiam cum puero) inhumaniter trucidabant.

In altera 13 fæminas cum puero in ſtramine abſcondentes gladijs perfodiebant.

In alterius Domus ſolario ſuperiori, 50 mulieres & pueros latentes invenere, quos

etsi miserè ejulantes & pro vita supplicantes omnes trucidabant.

Trecentos & amplius profugos, in una domo rustica occultos occidere, duæ tantum fœminæ evadebant, quæ graviter vulneratæ inter mortuorum cumulos jacentes quasi mortuæ ab Hispanis sunt neglectæ, & postea Hispanis recessis clam e mortuis reptantes relationem lugubrem hujus rei fecere; quarum una haud multò post puerum enixa est multis vulneribus confossum, cæteri omnes miserrimo fato periere; horum multi genubus flexis, & manibus ad cælum elevatis, divinam misericordiam invocantes, Hispanica crudelitate frustulatim sunt dissecti.

Mulier quædam quæ octo dies in partu laboraverat, & nondum præ terrore enixa fuit, ad ostium domus suæ suspensa est plus quam barbaricâ truculentiâ.

Alteram fæminam gravidam, tempore parturiginis jam instante deprehendebant, ex cujus utero Monachi militibus se adjungentes, eamque vi detinentes, tres pueros vivos exsecabant, dicentes, ECCE! QUOT PORCELLOS HÆC SCROFA IN VENTRE GESSIT.

Mulier quædam foro piscatorio deprehensa super tabulam piscibus vendendis assuetam, nuda exposita, in quatuor partes

tes diviſa eſt a monſtris illis horrendis, & poſt facinus uſque adeo truculentùm, clamatum eſt:

PISCIS RECENS, ET OPTIME ODORANS;
QUIS EMIT?

Septendecim pueros qui ejulantes matres ſuas ſpolia Hiſpanica Deportare coactas inſequebantur, omnes unâ haſtâ longâ penetratos, & eidem multâ vi affixos, ſummâ torturâ corpora diſtorquentes, ita deridebant,

ECCE! HOS HÆRETICOS JUVENCULOS, QUAM SINUANT SESE ANGUILLARUM INSTAR.

Multos Puerculos ex incunabulis detrahentes, qui blande ſubridentes, tenellis manibus facies eorum ſuaviter demulcebant, & colla lacertis amplectebantur, in præſentia parentum, per aures ad parietes clavis affixere, ubi miſere languescentes cunctanter exſpirabant; nonnulli etiam pueri ad templum quoddam vel Sacellum aures clavis affixi, per dies aliquot vitam protrahentes, fatis tandem adeo tremendis ceſſere.

Mulierem quandam Hiſpano de adventu ejus in platea congratulantem &(ob metum) dicentem ei ſe adventum eorum jamdudum optaſſe & expectaſſe, Hiſpanus naſo mutilavit, dicens ſi forſan iterum

rum in urbem rediret, hoc ſigno eam ab alijs diſtingueret.

Altera mulier gravida transfoſſa multis vulneribus, tres dies inter mortuos jacens, & poſtea data occaſione aufugiens 14 filios & duas filias in urbe relinquens, eos omnes amiſit; de quibus in communi ſtrage trucidatos, nihil unquam audivit.

Alias fæminas in muliebribus alijſque tenerrimis corporis partibus, aculeis & puncturis excruciabant, ut hoc pacto theſauros occultos detegerent.

Ut finem tandem faciam narrationi de tam horrenda horum Papicolarum Crudelitate, qui cædem & ſanguinem ſitiebant, quaſi nunquam ſaturandi; eo uſquè immanitatis itum eſt, ut Vir quidam qui multa talia viderat & audiverat, Domui Jam inflammatæ ſe recipiens, ut ſanguinolentas & truculentas eorum manus evaderet, in medias flammas ſe conjecit.

Nec minores Atrocitates paucis poſt diebus Monsfortij quam Veteraquini committebant, quas quoniam ad internecionem hujus urbis haud proprie ſpectant prætermitto.

WOERDÆ.

In Templo hujus urbis ubi Lutherani Conventus ſuos & Conciones habent, Tabula quædam Publice conſpicienda exponitur, quæ Chronicon exhibet Breviſſimum, præcipue memorabilium quæ Woerdæ contigere, a Sexcentis & quod excurrit annis præteritis, quod lingua Batavica Conſcriptum prius, quoniam Breve, & poſtea Latine redditum tradere gratum exiſtimo.

GEDENCK WEERDIGHEYT
VAN WOERDENS WEDERVAREN.

Ao. 1050. Liep den Rhijn noch hier door na Leyden en Catwijck in Zee.

1117. Quam 't Bagouda, nu Bodegraven, onder Woerden.

1160. Om deſe tijdt word 'et Caſteel geſticht door Godefrijd den 28ſten Biſchop.

1216. Quam 't onder Hollant als een ſleutel van heel Hollant.

1296. Regeerde Heer Harmen van Woerden deſe ſijn ſtaet noch.

1374. Door de Utrechtſe belegert en by ontſet weer verlaten.

1488. Door Heer Jan Burggraef van Montfoort verraſt en ingenomen.

1490.

1490. Gaf Heer Jan 't ſlot van Woerden aen de Hartoch van Saſſen.

1520. Leerde Jan van Woerden hier de Leer der Ausburgs Confeſſie.

1525. Wort hy om de Leer dezer Confeſſie in den Hage verbrand.

1566. Leerde Cornelis van der Lair d'Ausburgs Confeſſie in de Publijck Kerck. Hy liet de Beelden uyt de Kerck dragen, en 't Altaar bleef ſtaen.

1572. Is de Stadt opgedragen aen den Prince van Orangien en Heeren Staten, met beloften dat ſy by de Ausburgſe Confeſſie ſouden blijven.

1575. Door de Spanjaerts belegert, en na 50 Weken A°. 76. verlaten.

1581. Door Koninck Philippus van Spangien in Pande gegeven aen Ericus Hertoch van Brunswijck om ſijn verdienſte.

1590. Leerde Jan Legari de A.C. in de P.K.

1591. Sloegen ſe de Kerck open tegen wil van Burgermr. ende ſtelden ſe een Gereformeerde Predicant.

1646. Wierde deſe Kerck gebout voor de Leer der Ausburgs Confeſſie.

1672. Sonder belecn aen de Franſen over-

gege-

gegeven, den 23 Juny beſet, den 11 Junij ſonder Noot weer verlaten.

18. Septemb. op Sondach weer met veel volcken overlaſt en beſet.

25. Dito wert deſe Kerck op Sondach tot een Hoy-Schuer gemaeckt.

11. Octobr. Door Prince Wilhelm de 3. belegert, door ontſet den 12 dito verlaten.

11. Dito verbrande de groote Kerck, oudt omtrent vier Hondert Jaren: Het ſchoone Proveniers huys was der Francen Gaſthuys: Het Stadthuys oudt 177 Jaren, word van hun vuyl misbruyckt.

1673. Den 7. Novemb. op Dingsdach tegen 12. uuren ſonder noot verlaten, na dat ſe 16 Maenden en 15 Dagen geweeſt, en 2 Min geſtorven waren.

12. Decemb. is 't Hoy uyt deſe Kerck gedaen, den 17 dito weer door D. Mos weer ingepredickt.

1674. Den 11 May begonnen de Reformeerde hier me te ſamen in te prediken.

10. July hielden ſy Synodus in deſe Kerck 14 dagen lanck.

1675.

1675. 6. Novembris preekten ſy het leſte hier in 18 Maenden min 4 dagen.

7. Dito Vierde Elck de verlaet dach der Franſen in ſijn eygen herſtelde Kerck.

1. Sam. 7. 12. Tot hier toe heeft de Heer geholpen.

Gelooft ſy de Heer.

Abraham van Ruſting Anno 1677. ſcrip

Latine Sic.

MEMORABILIA QUÆ WOERDÆ ACCIDERUNT.

Ao. 1050. Rhenus adhuc fluebat per hanc urbem Leydam verſus & Catvicum in mare.

1117. Bagouda nunc Bodegrava ditioni Woerdanæ ſubdita eſt.

1160. Circa hoc tempus Caſtellum fuit ædificatum a Godefrido 280. Epiſcopo.

1216. Ditioni Hollandicæ ſubdita eſt ut clavis totius Hollandiæ.

1296. Hermannus a Woerden adhuc regebat hanc ſuam urbem.

1374. Ab Ultrajectinis obſeſſa, & obſidione iterum ſoluta.

1488

1488. A Domino Joanne Burgravio Montfortenſi ex improviſo capta.

1490. Dabat Dominus Johannes arcem Woerdanam Duci Saxoniæ.

1520. Docebat hic Joannes a Woerden Doctrinam Auguſtanæ Confeſſionis.

1525. Propter doctrinam hujus Confeſſionis, Hagæ Comitis combuſtus fuit.

1566. Docebat Cornelius a Lair Auguſtanam Confeſſionem in Templo Publico.
Curavit Imagines Templo dimoveri, ſed Altare adhuc remanebat.

1572. Urbs tradita eſt Principi Auriaco & Dominis Ordinibus, cum promiſſione ut Auguſtanam Confeſſionem retinerent.

1575. Ab Hiſpanis obſeſſa, & poſt obſidionem 50 Septimanarum relicta Aº. 76.

1581. A Philippo Rege Hiſpaniæ, pignori data Erico Duci Brunswicenſi ob ſua Merita.

1590. Docebat Johannes Legarius Aug. Conf. in Templo Publ.

1591. Januis Templi violatis, invito Conſule inſtituerunt Concionatorem Reformatum.

1646. Hoc Templum ædificatur pro Doctrina Confessionis Augustanæ.

1672. Sine obsidione Gallis tradita; 23 Junij a militibus possessa, 11 Junij nullâ urgente necessitate relicta.

18 Septembris die Dominico iterum multo Milite & violentiâ oppressa.

25 Ejusdem Mensis die Dominica hoc Templum fænile factum est.

11 Octobris a Principe Wilhelmo tertio obsessa, sed appropinquante hoste 12°. ejusdem relicta.

11 Combustum fuit magnum Templum, ædificatum ante annos circiter quadringentos. Pulchra Domus Provisionis facta erat Nosocomium Gallorum: Curia quæ ædificata erat ante annos 177. turpissimos abusus passa est.

1673. 7 Novembris die Martis absque necessitate relicta, postquam ibi 16 Menses & 15 dies mansissent, & 2000 eorum in urbe mortui essent.

12 Decembris Fænum sublatum fuit ex hoc Templo: 17 ejusdem a Domino Mos in eo concio habita.

1674. Undecimo Maij Reformati incepere hic unâ cum Lutheranis concionari.

10.

10 Julij Habuerunt Synodum in hoc Templo ad dies 14.

1675. 9 Novembris, Hic ultimò concionati ſunt poſt 18 menſes minus 4 diebus.

7 Die Utrique in ſuo proprio Templo reſtituto celebrabant Diem quo Galli urbem dereliquerunt.

1 Sam. 7. 12. Hucuſque nos juvit Dominus:

Laudatus ſit Dominus.

Woerdæ.

In hoc Templo videnda eſt in tabula depicta Imago Joannis Piſtorij, vulgo Joannis a Woerden, Martyris Celeberrimi pro Doctrina Auguſtanæ Confeſſionis, quam primus Woerdæ docuit; ac propterea Hagæ Comitis combuſtus fuit, a Veſanis & Sanguinarijs Papicolis: etiam & modus ejuſdem combuſtionis crudeliſſimus in tabula depingitur, cum hac ſubſcriptione addita,

JOHANNES PISTORIUS WOERDENI NATUS; TESTIS VERITATIS HAGÆ MARTERYZATUS ANNO 1525. DIE 15 SEPTEMB.

DE DOOT SIJNER HEYLIGEN IS WEERT GEHOUDEN VOOR DEN HEER.

Id est

MORS SANCTORUM SUORUM PLURIMI PENDITUR A DOMINO.

Psal. 116. 15.

In altero hujus Urbis Templo (quod vetus vocant) A GALLIS SUB DUCTU LUTZENBURGI ANNO 1672. 11 OCTOBRIS COMBUSTO, & anno 1675 reædificato; & 11 Novembris ejusdem anni, Concionibus sacris iterum adhibito, nihil a Conflagratione ista legendum supereſt, quamvis antea HISTORIA NOTABILIS IBIDEM VIDENDA ERAT, DE CELEBERRIMA WOERDÆ AB HISPANIS OBSESSIONE, QUÆ CONTIGIT Ao. 1575. FORTISS. EJUSDEM DEFENSIONE PER 50 MENSES, ET TANDEM LIBERATIONE, QUÆ TAMEN IGNE CONSUMPTA, NULLIBI OBTINENDA ERAT.

Carmen vero Chronosticon, in Templo de restitutione ejusdem post Gallicam incensionem Batavice conscriptum est, ad Perpetuam rei memoriam.

MAGHT

MAGHT DER FRANCEN AH! HEEFT SO HART
ONSE STADT BEHEERT:
TOT LVTZENBURGS VUYRBAKE ICK RAS
STONT IN BRANDT,
MAER ONSE GROOTE GODT HAER OOCK
SO HEEFT WECH GEWEERT,
GAF GOE LUY YVER VRY VERGAERT GOET
HERBOUWEN IN STANT.
1675.

Latine Sic.

GALLICA CVM NOSTRAM VIOLENTIA
COGERAT URBEM
HEU! LUTZENBURGI FIO PHARVS, IGNE
CREMATVM;
MAXIMVS AT NOSTER DEVS HOS GRATIO
SVS ABEGIT,
ATQVE BONOS VLTRO ME RESTAVRARE
CIEBAT. 1675.

IN CURIÆ HUJUS URBIS CAMERA QUADAM SUPERIORI, PLURIMA VITRA, CURIOSA ADMODUM ET SUMPTUOSA, JUSSU DOM. ORDD. POSITA SUNT, ET CARMEN ADDITUM, DE GRAVISS. OCCASIONE UNDE HÆC VITRA ORDINATA SUNT ET PRÆPARATA.

IN DE MAENDT MAERT DEN SESTIENDEN DACH,
MEN IN DESE STADT INKOMEN SACH,
VRANCKRIJCK ENDE ENGLANDS GESANTEN,
DE STATEN AL T'SAMEN VERWANTEN,
EN DE PRINCE MAURITS MET STATEN RAET,
OM AF TE DOEN 'TGESCHIL EN QUAET,
TUSSCHEN UTRECHTSE STADT END' STATEN,
WAER TOEZ'II DAEGHS DAER AAN EERST SATEN
IN DESE KAMER, NOCH NIET GEHEEL
VOLMAECKT, WAEROM DOOR HAAR BEVEEL,
MEN DESE GLASEN HEEFT HIER DOEN SETTEN.
GODT WIL VOORSTAEN TWEEDRACHT BELETTEN.

1601.

Latine Sic.

MARTIUS OCTAVO LUSTRARAT LUMINE MUNDUM
BIS, CUM PACIFICOS LEGATOS WOERDA RECEPIT,
GALLICA QUOS MISIT, QUOS MISIT ET ANGLICA TERRA,
ORDINIBUS CUNCTIS CONVENTIS, MAURITIOQUE
PRINCIPE, CONSILIUM STATUUM NEC DEFUIT ILLIS;
CONSILIJS MUTUIS LITEM SEDARE MINACEM,
QUÆ

QUÆ TRAJECTENSES INCENDIT PECTORE CIVES,
ORDINIBUSQUE SIMUL FLAMMAS SUGGESSIT ET IGNES.
CONSULITUR PACI JAM SEX ET QUINQUE DIEBUS
HAC CAMERA TRITIS, NEC ADHUC TOTALITER OMNES
VIRIBUS UNITIS QUIBANT EXTINGUERE FLAMMAS.
TANTORUM PLACITO, TAM SPLENDIDA VITRA LOCANTUR.
TEMPORE VENTURO DEUS OPTIME SISTITO LITES.

1601.

IN VITRIS FENESTRÆ SUPERIORIBUS
ARMA SOLUMMODO CONTINENTUR
ORDINE SEQUENTE.

Primum vitrum exhibet ARMA GALLIÆ ANGLIÆ ET HOLLANDIÆ SIMUL.
2 Vitrum ARMA GALLIÆ SEORSIM.
3 Vitrum ARMA ANGLIÆ SEORSIM.
4 Vitrum ARMA HOLLANDIÆ SEORSIM.
5 Vitrum ARMA PRINCIPIS AURIACI.
7 Sequentia Vitra ARMA SINGULAR. PROVINCIARUM SEORSIM.
Ultimum Vitrum exhibet ARMA TOTA-

RUM 7 PROVINCIARUM UT JAM CONFÆDERATARUM.

VITRA IN INFERIORE PARTE FENESTRÆ (TOTIDEM NUMERO) EXHIBENT HISTORIAM STATUS BELGICI, ET RERUM PRÆCIPUE MEMORABILIUM IN BELGIO GESTARUM, A REBUS PRIMUM TURBATIS USQUE AD TEMPUS VITRORUM IBIDEM POSITORUM.

Ubi primum perturbatus valde & afflictus Provinciarum Status, ob immunitatum multarum, & privilegiorum, præsertim Libertatis Conscientiæ invasionem, a Pontifice Romano, Rege Hispano, & Episcopis ab illo institutis, repræsentatur.

DEINDE POPULI TYRANNIDE VEXATI, JUSTISSIMA EXCANDESCENTIA, TUMULTUATIO, ET FORTISSIMA CONTRALUCTATIO; QUANDO INIQUA PAPÆ ET REGIS DECRETA DEDIGNANS, ET CONCULCANS, CARCERES EFFRINGEBAT, INJUSTE RESTRICTOS LIBERABAT, ALIOS INIQUA SENTENTIA SUB FORMA JUSTITIÆ DAMNATOS, EX UNGUIBUS ET UNCIS LICTORUM ET CARNIFICUM ERIPIENS AC PROTEGENS.

His succedit CONFÆDERATIO ISTA BELGICA ADEO FAMIGERATA CONTRA TYRANNIDEM REGIS HISPANI Ao. 1566; QUANDO QUADRINGENTI NOBILES ET GENEROSI (PARTIM NUPTIARUM OCCASIONE PARTIM EPULARUM SPECIE UTENTES) CONSOCIATI, PUBLICÆ LIBERTATIS, (PRÆCIPUE CONSCIENTIÆ) ET SALUTIS SINGULORUM IN HOC FÆ-

FÆDERE JUNCTORUM DEFENSIONEM MUTUAM DEPIGERE.

Proximo loco depingitur Perſecutio immanis, & inſolentia intolerabilis Papæ Romani, & Ducis Albani, ad hoc idem a Papa excitati; qui dilectiſſimum ſuum filium prius ad tam ſancti operis ſuſceptionem impellit; & poſtea lateri ejus conjunctus in operis executione ſuppetias ei venit, utriſque (tam patre quam filio) manus violentas Virgini Batavicæ imponentibus.

Exinde lugubris prorſus inſequitur rerum facies, & Mæſtiſſimus Fæderatorum Status, ſed non ita diu durans; nam POST ACERRIMOS QUOSDAM CONFLICTUS PRO LIBERTATE, ET STRENUISSIMAM EJUSDEM VINDICATIONEM, FAUSTISSIMUS RERUM STATUS EMERSIT, ET BELGIA TANDEM DE TYRANNIDE PAPALI ÆQUE AC REGIA TRIUMPHOS AGENS, PACATA ET SECURA CONDITIONE LÆTATUR.

Hæc in genere de occaſione & contentis vitrorum ſufficiant, omnia particulariter deſcribere tædium faceret.

NERDÆ.

In Curia hujus Urbis in larga Tabula

dipingitur Hiſtoriâ (cui Carmen etiam additur) de miſerabili & fædifraga Civium internecione ab Hiſpanis, & urbis conflagratione ac deletione ; quæ cum meritò ad ultimam Poſteritatem commemoranda eſt, ut in futuram Cautionem adverſus Papiſtas (egregios ſemper fidei ſuæ & promiſſorum violatores) admodum neceſſaria, non Carmen ſolummodo operi huic inſeram, ſed narrationem rei faciam, quantum ſufficiat ad informationem Lectoris de circumſtantiis præcipue memorabilibus..

NERDA BATAVORUM CONSISTO LIMINE IN IMO,
HESPERIDUM TRISTEM TRISTIS SUM PASSA FURUREM,
NAMQUE RUUNT FLAMMA PASSIM EXUPERANTE PENATES,
INSTAR OVIS CIVES MACTANTUR VULNERE INERMES,
INFESTO DIRA VIOLANTUR SORTE PUELLÆ;
SED COMES A NASSAU, CASUM MISERATUS ACERBUM,
ME REFICI PORTIS JUBET, ET CIRCUMDARE VALLO
EXCELSO, HUNC IGITUR SERI CELEBRATE NEPOTES.

IC IBER INCENDIT NERDENAS TURPITER ÆDES
ET CIVES FALSO MACTAT SUB FOEDERE PACIS.

KAL. DECEMB.

Anno 1572 Amersfordiâ nuper Hiſpano deditâ, Nerda conſtanter Principi Auriaco adhæſit, novuſque Magiſtratus aſſumtus erat, qui partes Auriaci acrius tuebatur; eo audacior, quia ſperabat hoſtes, non ad ſe venturos priusquam Bura quæ Rhenum occludebat eſſet capta, ſed Dux Albanus juſſit Nerdam & Harlemum ante omnia ſibi ſubjicere, Præſidium conſtabat ex centum & viginti militibus, ſub Joanne Kruysbergen quondam ſacrificulo, jam reformato; & quamvis multi ex numero eorum qui Amersfurtum turpiter dederant Nerdam appellebant, plures quam triginta equites intromittere nollent Nerdani, cæteris diffidentes, Petebant interim per Legatos auxilia a Præſidijs vicinis; Legati redeunt ſine auxilio, ſed onuſti magnis promiſſis, afferentes nihil niſi parum pulveris pyrij. Comes Boſſu Comitatus 100 equitibus venit ante portam, & urbem poſcit nomine regis; reſpondent ſe eam ſervaturos regi & Auria-

co;

co; maloque quodam fato, pirata quidam & Faberlignarius injussi, tormentum explodunt; hinc aucta exacerbatio. Epistola recepta est, quam Consules aperientes vident se omni auxilio destitutos fore, his intellectis milites fugam petebant, sed retenti sunt a civibus qui portas fimo implebant, quidam tamen equites evasere.

Ultimo Septembris, mane, Cives quidam Amersfurtenses literis nunciant Fredericum Ducis Albani Filium, in ipsos jam iturum, cum tormentis & exercitu, monentes ut tempestive sese submittant; Mittunt ergo duos ad Fredericum emolliendum, qui ubi Amersfurtium venerant aditum ad eum non impetravere, sed jussi cum exercitu Nerdam redire ut ibi cum eo colloquerentur; Moniti autem ab Amersfurtensibus, ne in interitum ruerent cum Urbe peritura, Martinus Laurentij ibi mansit, sed Geraldus Petri Adriani F. statuit ea Vespera Nerdæ esse, turpe ratus suos relinquere. Circa meridiem anterior pars exercitus urbem cingebat; signifero stante in mænibus miles quidam ebrius ipsi extorquet vexillum, idque vibrat, in altiori parte mænium, sed statim trajicitur; hinc explodunt utrinque tormenta in Vespe-

ſperam: Gerardus Petri redit ad Frederi-
cum, ſed non admittitur, quoniam urbs
oppugnationem fecerat, mandatur tamen
ei ut poſtridie ipſe cum alijs quibusdam
veniat de pace pacturus; quod ubi fit,
occurrit ipſis Julianus Romero, rogat qui
ſint, & quæ cauſa viæ? quibus narratis,
ſicille: Fredericus rem totam mihi com-
miſit. Illi procum bentes offerunt ipſi
claves, reſpondet ille, ſurgite, gratia vo-
bis facta eſt, utque ſe ſequantur ad por-
tam jubet; ubi accipiens claves reſpon-
det leniter ſed obſcure: cum viderit
eos dubios, dat Hortenſio dextram fi-
demque ſuam, quod nulli noceretur quâ
Civi quâ præſidiario, vel in vita vel in
re, quæ promiſſa ter repetivit: Quibus
verbis dum fides habita eſſet, cum 28 Hiſ-
panis urbem intrat, & a Gerardo Petri con-
vivio (publico ſumptu) excipitur, ſequuntur
illum 400 alij, qui etiam excipiuntur ab
Urbe; hoc modo accreſcit numerus nemine
id impediente: Romerus a menſâ ſurgens
imperat ſonitu Tympani, ut Cives &
Præſidiarij inermes veniant in Templum
Noſocomij, novum ſacramentum regi
daturi, quibus congregatis nunciatur ut
de morte cogitent; aperitur Porta major
& cum horribili clamore Hiſpani explo-
dunt

dunt bombardas, & in inermes ruunt gladijsque eos perfodiunt, quatuor solummodo lytrum grande promittentibus pepercit Romerus, cæteri omnes interempti; quibus jam mactatis & spoliatis incenditur ædificium. Hoc modo quadringenti Cives & Multi præsidiarij sublati sunt, quos inter Gerardus Petri ab hospite suo perfidiosissime peremptus, & Urbs prius spoliata spolijsque deportatis incenditur. Hinc quadringenti alij, Fæminæ Pueriqueex latebris prorepunt, qui varijs torturis evivis sublati. Quidam gladijs transfixi, alteri securibus membratim dissecati, alij sic ut pisces postea torrefaciendi multis cæsuris inciſi, victi lentâ morte tandem ut pisces exspiravere. Alij qui se non defendebant, vestimentis detractis coram uxoribus & liberis transfixi, aut corona hastatorum cincti huc illuc agebantur, donec ab Hispanis illudentibus trajiciuntur. Senis Septuagenarij jugulo aperto sanguinem manibus exceptum hausere, ægrotos tres ejusdem ætatis sustulere, ut & mendi cum mente captum. Decrepiti octogenarij, imo & centenarij, eandem sortem subierunt; alij qui ipsorum prædam in castra tulerant, pro mercede laboris, glandibus transfossi sunt. Hortensij cujusdam Filio coram

coram patre cor e pectore avulserunt. Pedibus Fæminas suspendebant, & gravidas quasdam ex uberibus: alij cuipiam gravidæ post libidinem satiatam puerum ex utero trahunt; quin dicitur illos postea corpus laceraſſe, & frustis in peris repositis, coxisse & edisse. Puellæ minorennes fœda libidine polluebantur. Cives fugientes capti, spoliati vestibus, & nudi suspensi sunt, vetitumque sub pœna capitis ne quis civem tecto exciperet. Tandem portis, turribus, muris, a rusticis vicinis ad id coactis solo æquatis, urbs omni privilegio spoliata, quæ sententia tamen post undecim menses demum evulgata. ADEO PERFIDE ET INHUMANITER SANCTISS. PATRIS PAPÆ. FILIJ GENUINI HANC URBEM TRACTABANT, NEC CRUDELITATE NEC FIDEI VIOLATIONE MAGIS PATRIZANTES, QUAM FRAUDE ET FUCATIONE IMO MENDACIIS IMPUDENTISSIMIS, DUM PERSUADERENT ORBI SE EAM VI CEPISSE QUIA PROMISSA SUA NON SCRIPSERANT.

MUDÆ.

EPITAPHIUM
ARNOLDO A ZUYLEN
A NIEVELT HOLLANDO,

VIRO,

VIRO, ANTIQUA NOBILITATE,
VERA ET PIETATE ET ERUDITIONE,
ARMORUMQUE PERITIA
PRÆCELLENTISSIMO;
JUSTITIA ET ÆQUITATE,
PRUDENTIA
ET HUMANITATE;
CLARISSIMO,
JUDICIJ GRAVITATE,
CONSILIORUM SAGACITATE,
LABORUM TOLERANTIA, VITÆQUE
INNOCENTIA,
DOMI FORISQUE CELEBERRIMO:
WORCOMIJ PRIMO,
DEINDE CASTRI GREVEWERDENSIS,
GUBERNATORI DIGNISSIMO,
ORDINUM FÆDERATORUM TRIBUNO
FORTISSIMO,
SUMMIS PARITER ET INFIMIS
ACCEPTISSIMO,
ASTHMATE HIC EXTINCTO, DIE XXVI
JUNIJ
ANNI CHRISTIANÆ SALUTIS M. DC. VIII
ÆTATIS VERO SUÆ XLVII.

MU-

MUDÆ SEPULTO,
GERMANO SUO CHARISSIMO,
FAMILIÆ NIEVELTICÆ
ORNAMENTO ILLUSTRISSIMO,
NOBILIS ET MÆSTISSIMA VIRGO
CATHARINA A ZUYLEN A NIEVELT P.

VIVIT POST FUNERA VIRTUS.

HIER LEYT BEGRAVEN DEN EDELE EERENTRIJCKE JOFFROUW AGATHA BOOTS, HUYSVROUW VAN DE EEDELE EERENTFESTE JONCKER, WILLEM VAN ZUYLEN VAN NIEVELT, HEER VAN TSEER, ARENSBERGE, VAN BERCKHOU &c. DROST VAN MUYDEN, EN BAILLIOUW VAN GOYLANT; SY STERFT 21 MART. 1589.

HIER LEYT OOCK BEGRAVEN DEN EEDELEN EERENTFESTEN GESTRENGEN HEER JONCKER ARNOUT VAN ZUYLEN VAN NIEVELT, IN SIJN TIJD OUDSTE SOON VAN D'VOORZ. HEER VAN ARENSBERGE &c. CAPITEIN EN OVERSTE LIEUTENANT, VAN 'T NOORT-HOLLANTSE REGEMENT, ONDER 'T BEVELEN VAN DE HOOGH. GEBOREN, EN GENADIGE HEER, GRAAF HENRICK FREDERICK VAN NASSAUW; IN SIJN LEVEN OOCK GOUVERNEUR VAN 'T FORT VAN 'S GRAVENWEERT, ALWAER HY IS GESTORVEN ANNO 1608. DEN 7 JULY, VERWACHTENDE DE VROLYCKE VERREYSENISSE MET ALLE UYTVERKOREN.

HIER LEYT MEDE BEGRAVEN D'EEDELE EER EN DEUGTRIJCKE JOFFROUW, CATHARINA VAN ZUYLEN VAN NIEVELT, EENIGE DOCHTER VAN DE HEER VAN ARENSBERG.

Latine Sic.

HIC JACET SEPULTA, NOBILIS HONESTA MATRONA, AGATHA BOOTS, UXOR NOBILIS ET HONESTI DOMINI WILHELMI A ZUYLEN, A NIEVELT, DOMINI TSEERÆ, ARENSBERGÆ, BERCKHOVÆ &c. SATRAPÆ MUDÆ ET PRÆPOSITI GOYLANDIÆ, MORTUA 21 MARTII 1589.

HIC JACET QUOQUE SEPULTUS NOBILIS HONESTUS SEVERUS DOMINUS, ARNOLDUS A ZUYLEN A NIEVELT, IN SUO TEMPORE MAXIMUS NATU FILIUS SUPRADICTI DOMINI ARENSBERGÆ &c. CENTURIO ET VICETRIBUNUS LEGIONIS NOORD-HOLLANDICÆ, SUB IMPERIO NOBILISSIMI ET CLEMENTISSIMI DOMINI, COMITIS HENRICI FREDERICI A NASSAU; DUM VIVERET QUOQUE GUBERNATOR FORTALITIJ 'S GRAVENWAERT, UBI ETIAM MORTUUS EST Ao. 1608. NON. JULIJ. EXPECTANS GLORIOSAM RESURRECTIONEM CUM OMNIBUS ELECTIS.

HIC JACET QUOQUE SEPULTA, NOBILIS HONESTA ET VIRTUOSA DOMINA, CATHARINA A ZUYLEN A NIEVELT, UNICA FILIA DOMINI ARENSBERGÆ.

Ibid.

In Templo hujus Urbeculæ, ſuſpenditur in tabula ad perpetuam memoriam, Relatio lugubris (metrice ſcripta) Peſtis cujuſdam graviſſimæ, quæ Mudæ quondam Divinitus accidit, quâ Duæ fere tertiæ partes incolarum, ſpatio 7 menſium ê vivis ereptæ ſunt. Additur etiam ſeria exhortatio ad Tempeſtivam Reſipiſcentiam, ut Antidotum præcipue prophylacticam, quacum in futurum Peſti obſiſtatur.

ALS 'T JAER SESTIEN HONDERT EN XI WERDT BESCHREVEN,
HEEFT GODT ZYN ROEDE DE PESTE SWAER GEGEVEN
IN DESE STADT, DOOR DE ZONDEN MENICHVOUDT,
EYLAES! BEDREVEN VAN MENSCHEN JONCK EN OUDT.
OMTRENT SES T'HALF HONDERT MENSCHEN, MANS EN VROUWEN,
EN KINDEREN OOCK, STERVEN MET GROOT BENOUWEN;
BINNEN DIT JAER DIES WAS MENICH HERT SEER BANG.
DIT STERFTE DUERDE WEL SEVEN MAENDEN LANG.
WEL NEGEN HONDERT MENSCHEN DIT WILT VERSINNEN,
WAREN VAN TE VOOREN DEZER STADT BINNEN,
MAER DOEN GODTS HANDT QUAM STRAFFEN DE SONDEN SNOOT,
MINDERDEN SY HAEST, 'T GETAL BLEEF NIET SO GROOT.

DAEROM LAET ONS AL T'SAMEN ONSE ZONDEN BEKLAGEN,
EN OOCK BEKEEREN RAS, EN DAT GODT SIJNE PLAGEN
NIET WEER EN SENT, EN DAN NIET HEEL BRENGT TEN VAL.
ZOO WY 'T NIET EN DOEN GODT NIET VERBEY. DEN ZAL.
GELIJCK MEN AEN SODOMA WEL MACH BEMERCKEN,
EN AEN GOMORRA, DIE OM HAER BOOZE WERCKEN,
ZIJN VAN GODT GESTRAFT, MET ALLE HET GANTSCHE LANDT,
DAT DAER LACH OMTRENT, GEHEEL TOT ASCH VERBRANDT.
DIE VAN JERUSALEM ZIJN VAN GODT DEN HEER
DAER DICKWILS GESTRAFT, MAER SY BLEVEN EVEN SEER,
HALSTERRICH EN QUAET, NA GOD SY VRAEGDE NIET,
DAEROM DAT GODT HAER NOCH HEEL UYTROYEN LIET.
LAET ONS DIT AL T'SAMEN DAN EEN EXEMPEL WESEN,
EN NIET HALSTERRIGH ZIJN TEGEN GODT GEPRESEN,
ZOO DAT WY NIET ZIJN TOORN MAER SIJNE GOEDICHEYT,
HIER MOGEN ONTFAEN EN NA IN EEUWICHEYT.

Latine Sic.

CENTURIÆ DECIMÆ SUCCESSERAT ALTERA SEXTÆ,

UN-

UNDECIMUS (CHRISTO NATO) GYRATUR ET ANNUS,
MUDA LUEM DOMINI VIRGAM CUM SENSIT ACERBAM,
MULTIPLICIS JUSTAS PECCATI POSCERE PÆNAS.
QUILIBET AH! ILLAS JUVENES MERUERE SENESQUE.
OMNIBUS ANXIETAS ALTA MODO MENTE SEDEBAT,
DUM QUALESQUALES ACRI PERIERE DOLORE.
NONGENTAS ANIMAS URBS HÆC NUMERABAT IN ALBO,
ANTEA QUAM VIRGAM FUERAT PERPESSA SEVERAM.
TERCENTÆ QUINQUAGENÆ VIX URBE RELICTÆ,
CUM SEPTEM MENSES PESTIS POPULAVERAT ATROX.
UNANIMES IGITUR VITAM DOLEAMUS INIQUAM,
ET RESIPISCAMUS, NEC CRAS QUÆRATUR IN ILLUD;
NE DEUS IRASCENS NOBIS, ITERARE COACTUS
DEBITA PECCATIS, HANC TANDEM DELEAT URBEM.
SI NOS DISTRAHIMUS, PÆNAS NON DISTRAHET ILLE.
PERDITIO SODOMÆ DOCET HOC STRATÆQUE GOMORRHÆ,
CRIMINA QUAS OLIM IN CINERES VERTERE NEFANDA.
QUÆ SPECTATORI QUOQUE NUNC, ET TERRA VICINA,

LUCIDA DIVINÆ PRÆBENT SPECTACULA PÆNÆ.
SIC HIEROSOLYMÆ CIVES DUM CORDE REBELLES
IMPOSITOQUE JUGO DOMINI SUA COLLA NEGANTES,
PERSEVERANT, IRAMQUE DEI CONTEMNERE PERGUNT,
E PATRIA PEPULIT, NEC ADHUC INDUXERIT ILLOS.
CEDAT IN EXEMPLUM NOBIS, DEMITTERE PECTUS
TALIBUS EDOCTI, PERFRACTAQUE FLECTERE COLLA.
GRATIA SIC NOBIS ADERIT NON IRA JEHOVÆ,
CUJUS IN ÆTERNUM LÆTI BONITATE FRUAMUR.

HORNÆ.

EPITAPHIUM
IN OBITUM DOCTISS. JUVENIS
FR. PANTINI ZELANDI.

LAUDATISSIMO VIRO
FRANCISCO PANTINO JURE CONSULTO,
D. JOH. PANTINI MEDIC. HORNANI
FILIO;
INGENIO ADMIRABILI, ELOQUENTIA,
MORIBUS, CÆTERISQUE DOTIBUS ANIMI
PRÆSTANTISS.

CUM HIC PUER ANNORUM 8 EXPLERI CUPIDITATE
DISCENDI HAUD POSSET, VIX NONUM INGRESSUS
ANNUM,

ANNUM, SCHOLAM DOCTISS. VIRI DOMINI GERARDI VOSSII ADIIT, CUI AD TRIENNIUM ET EO AMPLIUS DORDRECHTI COHABITAVIT; ADOLESCENS 13 ANNORUM FACTUS, OMNIBUS DOCTIS ADMIRATIONI FUIT; PERLUSTRATIS ITAQUE ACADEMIJS BELGIJ IN ANGLIAM SE CONTULIT, INDEQUE IN GALLIAM, UBI LAUREA DOCTORALI UTRIUSQUE JURIS ÆTATIS SUÆ 18 DECORATUS, TANDEM IN PATRIAM EST REVERSUS, ET ULTRAJECTUM INGRESSUS, PUBLICI BONI (IN PARTIBUS EI CREDENDIS) PROMOVENDI CAUSA MORBO LETHALI CORRIPITUR, ET INTER PARENTIS FRATRUMQUE SUORUM LACHRYMAS, NON RECUPERABILI STUDIOR. JACTURA, ÆTATIS SUÆ 26. DEBITUM NATURÆ SOLVIT. Ao. SALUTIS CIↃ. DC. XXXI. DIE XI. AUGUSTI, HORA NOCTIS XII.

INGENIO VIVIT PANTIN, MENS IPSA RECEPTA
CÆLO, QUOD TERRÆ EST, HORNA SIBI RETINET.

POSUERE FRATRES
J. F. M. D.

CIↃ. IↃC. LVIII.

D. O. M. & MEM.

D. GUALTHERI ROOS MEDICI HORNANI.
VIXIT ANNOS L. OBIJT CÆLEBS XVI. MAIJ.

HIC RECUBAT ROSIUS, STUDIUM CUI PERSTITIT ARTE
UT CURARE HOMINES, SIC PIETATE DEUM.

CUI FUIT IN SANO SEMPER MENS CORPORE SANA,
MENS ET IN AFFLICTO CORPORE SANA FUIT.
CUI SATURO TERRÆ MENS ARDUA SYDERA VOLVIT,
CONSCIA MENS RECTI CUI PARADISUS ERAT,
QUI TOTIES PATRIÆ FUIT ANTE SALUTIFER ÆGRIS,
IPSE SEMEL ROSIUS NESCIJT ESSE SIBI;
SCILICET, INCASSUM MEDICUS MEDICINA LABORANT,
NI DEUS ARCHIATER SIT, PANACÆA DEUS.
SCILICET INVICTUM EST ET INEVITABILE FATUM,
MORTE REPENTINAS INJICIENTE MANUS.
FÆLICES QUEIS VITA SUO REPARATUR OLYMPO,
NEC BIS IN ÆTERNUM NON REVOCANDA PERIT.
EXEMPLO DISCAS ROSIJ SAPUISSE VIATOR,
NE MORIARE, POLI MORS PIA VERA VIA EST.

HENRICUS BRUNO.

Ibid.

MANIBUS D. VOLGARDI VELIJ.

CUI SUÂ MNEMOSUNE, DEDIT ET SUA MUNERA PHÆBUS,
VELIUS HAC VILI NUNC TUMULATUR HUMO.
FLETE PIÆ MENTES QUOTIES OCCURRIT IMAGO,
OCCURRIT QUOTIES CONSILIUMQUE VIRI.

SUO VELIO POSUIT. P. HULEMAN.
OBIJT 18. MARTIJ. 1635.

ibid.

D. O. M.

D. O. M.

PETRO WALRAVIO ENCHUISEN,
GULIELMI PETRI ENCHUISEN FILIO,
PATRICIO HORNANO,
VIRO,
VIRTUTE, PIETATE, ET ERUDITIONE
PRÆSTANTISSIMO,
SIMON WALRAVEN ENCHUISEN
JURE CONSULTUS,
PATRI OPTIME DE SE MERITO,
PIETATIS ERGO,
HOC MEMORIÆ MONUMENTUM MÆSTUS
POSUIT.

PLANGITE PIERIDES, ET CIVEM PLANGITE CIVES
HORNANI, ET VATEM CÆRULA NYMPHA TUUM.
EXIMIUM DECUS HOC PARCARUM SPICULA SENSIT,
PLANGITE NAIADUM PEGASIDUMQUE CHORI.
CONDITUR AH! TUMULO BATAVÆ NON INFIMA
MUSÆ,
NEC NON WALRAVIÆ GLORIA PRIMA DOMUS,
QUIQUE SOLET CUNCTIS STUDIO PRODESSE JU-
VANDI,
VIRTUTIS MERITO CÆLICA REGNA PETAT.
ILLE SAPIT QUI SIC PRÆFERT ÆTERNA CADUCIS,
HÆC UT SOLA VELIT, QUÆRAT, AMETQUE PIUS.

Chronodiſtichon
Diei Menſis & Anni obitus.

BIs qVatVor DeCIes & ſepteM VIXerat annIs,
VIXIt & hos patIens, raptVs ad aſtra ſeneX.

Obiit anno a Chriſto nato
1632. 10 Kalend. Septembris.
Ætatis vero 87.

ibid.

MEMORIÆ SACRUM
CORNELIO VIGIO
JOHANN. F. HORNANO,
SUMMÆ ERUDITIONIS ET VIRTUTIS VIRO,
MEDIC. ET PHILOSOPHIÆ DOCTORI;
IN ACADEM. DOLENSI QUONDAM PROFESSORI,
POST, ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS OOSTFRISIÆ,
PER OCTENNIUM ARCHIATRO:
CUM PAUCIS A REDITU DIEBUS
IN PATRIA VIXISSET;
LENTA FEBRE IPSO IN FLORE ÆTATIS,
MAGNO CUM DOLORE OMNIUM BONORUM
EXTINCTO;
FRATRI SUAVISSIMO,
ET OPTIME DE SE MERITO,
GULIELMA ET MACHTILDIS VIGIÆ
SORORES M. P.

PÆO-

PÆONIÆ HIC ARTIS MAGNUM DECUS, HIC JACET HORNÆ
GLORIA, TAM PARVO VIGIUS IN TUMULO.
QUO FANDI TAM DULCIS HONOS? QUO GRATIA MORUM?
INQUE PATREM PIETAS NOBILIS, INQUE SUOS?
QUO VIGOR INGENII, MEDICAQUE INSIGNIS IN ARTE
USUS, ET HOC MERITUM PRINCIPIS ESSE DOMOS?
NUM MINUS HEU! LENTÆ POTUERE ABSUMERE FEBRES
TARDIUS, AUT LACHESIS RUPIT AVARA COLUM?
QUID DOLÆ ILLUSTRI FAMA DOCUISSE? QUID EMBDA
PROFUIT, ILLIUS TUTIOR ARTE SUIS?
OCCIDIT A LONGIS ERRORIBUS, HOC BENE TANTUM,
PATRIA QUÆ VITAM, QUOD DEDIT ET TUMULUM.
MANIBUS OPTIMI ET SUAVISSIMI SODALIS
TH. VELIUS HORNANUS. M. P.
OBIIT ANNO DOM. M. DC. II. DIE XXVII. DEC.
CUM VIXISSET ANNOS XXXIIII.
MENSES II. ET DIES XVIII.

Hornæ.

ILLUSTRI VIRO.
D. ALBERTO SONCK,
EQUITI AURATO,
PRÆTORI, CONSULI, ET SENATORI
REIP. HORN.

ET

ET MAGISTRATU
LVIII. ANNORUM SPECTABILI;
IN CONCESSU CELSS. AC PRÆPOT.
D. D. ORDINUM GENERALIUM,
CONSILIJSQUE STATUS ET RATIONUM
FÆDERATI BELGIJ,
SÆPIUS DELEGATO ADSESSORI;
CREBRISS. LEGATIONIBUS
AD SERENISS. REGES
MAGNÆ BRITTANNIÆ, SUECIÆ ET DANIÆ
PERFUNCTO, ET AB IJSDEM
DIGNITATE ET ELOGIJS DECORATO:
RELIGIONE, JUSTITIA,
ANIMI MAGNITUDINE, PRUDENTIA,
ET IN PATRIAM CHARITATE
EXIMIO,
HONORIBUS PARITER
CUM VITA DEFUNCTO.
F. E. N. H. M. F. C.

DECESSIT PIO PLACIDOQUE EXITU,
TRANSACTA VITÆ DIGNITATE
ET SENECTA VENERABILIS,
CUM INTER PRIMUM
ET ULTIMUM EJUS CONSULATUM

QUINQUAGINTA ANNI INTERCESSISSENT,
RARA NUMINIS INDULGENTIA
TER TOTO SENATORIO ORDINE
DIUTURNIOR,
ANNO Xpi. M. DC. LVIII.
IV. KAL. DECEMBR.
ÆTATIS SUÆ LXXXVII.

QUEM SUECI, DANIQUE VIRUM, MAGNIQUE BRITANNI,
HAGAQUE MIRATA EST, ET SIBI STADA LOQUI.
CONSILIO NESTOR, VIRTUTE ATQUE ARTE LOQUENDI
PAR TIBI MAGNE CATO, NEC CICERONE MINOR.
PUPILLIS VIDUISQUE PARENS, UT PRÆTOR HONESTUS.
ET SCELERUM VINDEX; ET TAMEN URBIS AMOR.
UNUS QUOD QUISQUAM PATRIÆ FUIT, ET FUIT HORNÆ
UT TAMEN HIC RECUBAT, SONCKIUS UMBRA SUI EST.
DIC PIA POSTERITAS, CONSUL, LEGATE, SENATOR,
PRÆTOR ET IPSE MIHI, SIS VENERANDE CINIS.
BIS DECUS O PATRIÆ TUTA REQUIESCE SUB URNA
NAM NITET IN NATO PAR TIBI GRANDE PATER.

H. NIEROP.

Ibid.

ME-

MEMORIÆ SACRUM.
PETRO HOGERBETIO PET. F.
HORNANO. V.
IN OMNI VIRTUTUM
ET DOCTRINÆ GENERE
PRÆSTANTISSIMO,
MEDICO SUMMO,
POETÆ RARO, CIVI
AD COMMODA PATRIÆ NATO,
EJUSDEM ÆTERNO DAMNO
DENATO,
S. P. Q. H.

HONORIS G.
ET IN SIG. GRATITUDINIS,
OB MULTA, ET PRÆCLARA
EJUS MERITA, MONUMENTUM HOC
SUMPTU PUBLICO P.J.

QUIS CUBAT HIC? SUCCUS CHARITUM, SUADÆQUE MEDULLA.
ÆDE VIRI NOMEN; PETRUS HOGERBETIUS.
DIC PATRIAM; HORNANUS. QUÆ SORS VITÆ? EXITUS, ÆTAS?
INTERIIT MEDICUS, PESTE, POETA, SENEX.

ΦΩΣ ΜΕΤΑ ΜΝΗΜΟΣΥΝΗΣ ΤΕΚΕΩΝ ΕΛΙΚΟΝΙΟΣ ΑΣΤΗΡ
ΤΩ Δ'ΥΠΟ ΣΑΡΚΟΦΑΓΩ ΚΕΙΤΑΙ ΟΓΕΡΒΕΤΙΟΣ,
ΟΥ ΦΗΜΗ ΠΕΡΙΠΥΣΤΟΣ ΕΣ ΟΥΡΑΝΟΥ ΑΝΤΥΓΑΣ ΗΛΘΕΝ,
ΠΣΥΧΗ ΕΧΕΙ ΜΑΚΑΡΩΝ ΥΨΙΜΕΛΑΘΡΟΝ ΕΔΟΣ.

FAMA VIRTUS ERUDITIO ET CANDOR,
QUID BONORUM JUNCTA VOTA CUNCTORUM,
ATI IMPOTENTIS SISTERE IMPETUM POSSENT,
ON PETRE TE NUNC HOC JACERE SUB SAXO,
EU TE PERENNI LUCE PETRE TAM DIGNUM,
UM GRATIIS TOTA HORNA FLERET ET MUSIS.

THEOD. VETIUS HORN.

RUDA MORARENTUR NE FATI STAMINA, MAGNI
MERSIT HOGERBETI MORS INOPINA CAPUT.
OC BUSTO CINERES, ANIMÆ VIS ADDITA CÆLO
EST,
LECTOR AVE, ET TANTO DIC BONA VERBA VIRO.

ALBER VERTANIUS HO.

OBIIT Ao. CIↃ. IↃ. XC. IX.
IIII ID. SEPTEMBRIS.
CUM VIXISSET ANNOS LVII,
MENSES X. DIES XII.

ibid.

ELIUS HIC RECUBAT, CUI FORSAN FATA DEDISSENT
NONNULLUM A STUDIIS NOMEN HABERE SUIS;
ÆONIS ARS VETUIT, DUM MULTIS MILLIBUS ILLUM
ÆGRORUM MEDICA COGIT ADESSE MANU.

IPSE SIBI

OBIIT DIE XXIII APRIL. Ao. M. DC. XXX.

Ibid.

TEN.

TENDIMUS HUC OMNES,
PERVENERUNT.
BALTHASAR ET CASPAR WIJNTGENS,
PATER ET FILIUS,
AMBO PRÆFECTI MONETÆ WESTFRISIÆ;
ANNA ET MARIA UXORES.
ANNA ET ELIZABETHA
CASPARI FILIÆ MÆSTISSIMÆ,
REDDUNT QUÆ SUNT CÆLI CÆLO,
QUÆ SUNT TERRÆ TERRÆ.
OBIERUNT
BALTHASAR DIE XII. OCTOBRIS
ANNI CIↃ. IↃ. LXXXIX.
ET UXOR PRÆVENIENS MARITUM UNO DIE.
CASPAR DIE XXIII. DECEMB.
CIↃ. IↃC. XXV. UXOR. . . . .

QUI UT UNA UXORE
ET CONCORDES VIXERUNT,
SIC UNO EODEMQUE TUMULO CUM POSTERIS,
IN MONUMENTUM CONCORDIÆ
CONDI VOLUERUNT.

ibid.

D. O. M.

NICOLAO BULIO,
ALARDI FIL.
MEDICO, ET POETÆ EXIMIO,
IN HOLLANDIÆ WESTFRISIÆQUE
ORDINUM
COLLEGIO OLIM ASSESSORI,
R. PUB.

R. PUB. HORNANÆ PER ANNOS XXXIV.
ET QUOD EXCURRIT
PRÆTORI,
RER. MARITIM. IN WESTFRISIA
CONSILIARIO,
ET FISCI ADVOCATO,
SINGULARI IN REBUS AGUNDIS,
PRUDENTIA, STRENUITATE, FIDE;
GRÆCÆ LATINÆ
ALIARUMQUE LINGUARUM PERITIA;
TUM ET MEMORIA STUPENDA
PRÆDITO,
SUMMO PATRIÆ ORNAMENTO,
DEQUE EA ET SE OPTIME MERITO;
S. P. Q. H.
GRATITUDINIS ET PIETATIS ERGO,
SUMPTU PUBL.
P. J.
NATUS HORNÆ Ao. CIↃ. IↃ. L.
JANUARIJ DIE XVII.
DENATUS IBIDEM Ao. CIↃ. IↃC. XV.
FEB. DIE XXVI.
QUUM VIXISSET ANNOS LXV. MENS. I.

ΕΙΣ ΤΑΦΟΣ ΙΑΤΗΡΑΣΟΦΟΝ, ΚΑΙ ΘΕΙΟΝ ΑΟΙΔΟΝ,
ΑΡΡΗΚΤΟΝ ΤΕ ΝΟΜΩΝ ΕΡΚΟΣ, ΟΜΟΥ ΧΑΤΕΧΕΙ,
ΕΙΣ ΓΑΡ ΑΝΗΡ ΟΥΔ' ΟΙ ΠΛΕΟΝΩΝ ΧΡΕΩ ΕΠΛΕΤΟ
ΤΥΜΒΩΝ,
ΑΛΛΑ ΒΙΟΥΣ ΖΩΕΙΝ ΑΞΙΟΣ ΗΝ ΠΛΕΟΝΑΣ.

JO. FORESTUS.

ET MEDICA FÆLIX ET CARMINIS INCLYTUS ARTE,
ET PATRIÆ ILLUSTRI PRÆTOR HONORE SUÆ
BULIUS HIC RECUBAT, TUMULUM VENERARE VIATOR,
NON ALIAS TANTI STABIS AD OSSA VIRI.

Ibid.

ANDREÆ HAGIO FRISIO, ECCLE.
SINGULARI DOCTRINA ET PIETATE,
S. P. Q. H. B. M. P.

ΑΓΙΟΣ ΟΥΚ ΑΠΟΛΩΛΕ, ΑΛΛ' ΕΣΤΙ ΘΕΟΙΟ ΣΥΝΟΙΚΟΣ,
ΑΝΤ' ΟΛΙΓΗΣ ΓΑΙΑΣ, ΟΥΡΑΝΟΝ ΕΥΡΥΝ ΕΧΩΝ.

HAGIUS INTERIIT, QUID DIXI? VIVERE CEPIT;
NAM CUM CHRISTO ÆVUM CARNE SOLUTUS AGIT.

PSALM. 90. 9.

כִּלִּינוּ שָׁנֵינוּ כְּמוֹ הֶגֶה

A. B. P.

HAGIUS HIC SITUS EST, HOSPES VENERARE SEPULCHRUM,
HAGIUS ILLE SUI PASTOR AMORQUE GREGIS;
EVEXERE ANIMAM CÆLO, PIETASQUE FIDESQUE,
QUÆ CINERES ETIAM NUNC SATURANT LACHRYMIS.

OBIIT ANNO DOM. 1589. DIE NOV. 4.
ÆTAT. SUÆ 44.

Ibid.

PIETER

PIETER FLORIS SOON;

DIE ALS EEN HELT DEN BRIT, DEN PORTUGEES, DEN SWEED,
VOOR BRITLANT, PORTUGAL, EN IN DE SOND BESTREED.
DIE KOPPENHAVENS HULP ONTSETTEN DOOR SYN KIEL,
RUST HIER; DE HEMEL IS DE HAVEN VAN ZYN ZIEL.

GESCHOTEN EN GESTORVEN DEN VIII. NOVEMB. M. D. C. L. VIII.

Latine Sic.

PETRUS FLORI FILIUS;

QUI LUSITANIS, SUECIS, MAGNISQUE BRITANNIS,
ANTE SUAS HEROS CERTAVERAT ÆQUORE TERRAS.
HAFNIA CUJUS OPEM SENSIT SE SOLVERE CINCTA,
HIC DORMIT; SUMMUM SED MENS TENET ÆTHERA PORTUM.

ICTUS ET INTEREMPTUS GLANDE VI. ID. NOVEMB M. D. C. L. VIII.

Ibid.

ENCHUSÆ.

D. O. M. S.
ÆTERNÆ MEMORIÆ
D. BERNARDI PALUDANI,
VIRI, PIETATE, ERUDITIONE, ET
MORUM CANDORE
SPECTATISSIMI,
DEO AC HOMINIB. EXTERIS CIVIBUSQUE
ÆQUE CHARI;
COM. PALATINI CÆSAR. ANTIQUARIJ,
MEDICI SUMMI AC REIPUBL. ENCHUSAN.
PRIMARII:
QUI
POST ASIAM, EUROPAM, AFRICAM,
FERE UNIVERSAS LUSTRATAS,
NATURAM TOTAM INDEFESSA CURA
CURIOSITATE ARTIS INCLUSAM,
LXXXIII. ANNCURSUM NEMINI GRAVEM,
QUAM PLURIMIS UTILEM, DEO DUCE
PERACTUM,
AD BONA, PATRIA VISU MAJORA ET
PERENNIORA VOCATUS, SACROS CINERES
HIC DEPOSUIT.
LIBERI AC HÆREDES MÆSTI
MONUM. HOC POSUER.
AN. M. DC. XXXV.

HEU! LUBRICAS MORTALIUM NIMIS VICES.
QUI CUNCTA PONTI, QUA VEL INDICUM QUATIT
NEREUS

NEREUS, VEL AFRUM LITTUS, VEL EGYPTIUM;
QUI CUNCTA TERRÆ ATQUE ÆTHERIS, SOLUS SUIS
CONGESTA THECIS CLAUSERAT MIRACULA,
NUNC IPSE CÆCO SAXEOQUE HUIC CARCERI,
NON ULTIMUM ORBIS CLAUDITUR MIRACULUM.
NATUS STENOWICI.
Ao. M. DC. L. OCTOB. XXVIII.
DENATUS ENCHUSÆ
AN. M. DC. XXXIII. APRIL. III.

EXIMIUS AC DOCTISSIMUS VIR
D. REYNERUS RUDOLPHI RICKS,
PATRITIUS ENCHUISANUS, MORTUUS
Ao. CHRISTI 1644. DIE 21. JAN. ÆTAT. 66.
CUM UNICA EJUS CONJUGE REMERIGIA
ADRIANI WESTPHALEN, DENATA
1659. DIE 21. SEPT. ÆTATIS SUÆ 82.

DIVES QUI SUA SORTE CONTENTUS.

Ibid.

D. O. M.
MONUMENTUM
JACOBI MEUN CIVIS ENCHUISANI,
QUI SIBI ET CONJUGI LECTISSIMÆ
HIC TEMPORIS QUIETEM ELIGIT,
ÆTERNITATIS PRÆSTOLATURUS:
ILLO E VIVIS SEQUENTE CONJUGEM
BRIGITAM DE WIT,
(PRÆCESSIT EA FLORENTE ÆTATE M. D. C.

32. AN. DEBITUM NATURÆ SOLVENS)
ANNO SALUTIS M. DC. XXX. III. KAL. MART.

Ibid.

CONSCIENTIA ET FINIS
SOLATUR.
FRED. AD. FIL.
WESTPHALEN
1609.

NULLA VIA INVIA VIRTUTI
WESTPHALEN.
1609.

Ibid.

ALCKMARIÆ.

GENERE ET VIRTUTE
NOBILISSIMO VIRO, DNO.
FLORENTIO A TEYLINGEN
J. U. Lo. CONS. ET SENATORI
HUJUS URBIS VIGILANTISSIMO;
ET INTER ALIA MUNERA PUBLICA,
POTENTISS.m. ORDIN.m. GENERAL.m. STAT.
MAGNO CUM HONORE,
PER QUINQUENNIUM CONTINUUM FUNCTO,
PATRIÆ ET AMICIS Ao. M. D. LXXVII.
MENSE OCTOBRI NATO.

EORUN-

EORUNDEMQUE MAXIMO LUCTU
Ao. M. DC. XXIV. EODEM MENSE DENATO,
HIC SITO.

RES UT VACILLENT LUBRICÆ MORTALIUM,
QUIS NON VIDET QUI QUID VIDET?
PERIT VENUSTAS, FORMA, SPLENDOR, GLORIA,
ET QUICQUID HIC AMABILE;
ACTÆ SUPERSTES UNICUM VITÆ DECUS,
IN OMNE DURAT SECULUM.
VIRTUS TROPHÆIS CLARIOR QUIBUSLIBET
INSIGNIBUSQUE SPLENDIDIS;
ÆTERNAT ILLA, NOMINISQUE VIVIDAM
POST BUSTA FAMAM PROROGAT,
NON SUPPRIMENDA VOCE DETRECTANTIUM
INJURIOSA, NEC DOLIS,
ÆVIQUE LAPSU. SUNT CADUCA CÆTERA,
SUNT VANITAS, FUMUS, NIHIL.
VIVE ERGO (LECTOR) VITA NE TE DESERAT,
HAC LUCE CUM PRIVABERIS,
AT (TE BEATIS IMMORANTE SEDIBUS)
VIRTUTE NOTUS, ET FIDE,
IN ORE VIVAS, ATQUE VOTIS POSTERUM,
HIS FLEBILIS, SED NON TIBI.

PATRUELI CHARISS.o AMORIS ERGO
POS. L. A. T.

RERUM VICES.

VITA VIATORIS QUASI TRANSITUS, OMNIA FINEM
MUNDUS HIC IMMUNDUS QUÆ VENERATUR HABENT.

TRANSIT HONOS, TRANSIT FORTUNA, PECUNIA TRANSIT,
MENTE DEO SIMILIS, CORPORE TRANSIT HOMO
TRANSIVERE PATRES, SIMUL HINC TRANSIBIMUS OMNES,
IN CÆLO PATRIAM QUI BENE TRANSIT HABET.

Ibid.

WILHELMUS SCHOUTEN CUM CHARÆ CONJUGIS OSSA
CATHRINÆ WITTENBROUCK CONDERET HOC TUMULO,
LUSTRA NOVEM DICTA VIXIT CUM CONJUGE, CUM MOX
MORS SOCIVM SOCIÆ JVNGIT AMARA SVÆ.
MÆSTI ERGO HOC NATI, JANVS, CORNELIVS ALTER,
INGENTIS STATUUNT TRISTE DOLORIS OPVS.
SEDIBVS ÆTHERIIS AM ANIMÆ SINT PACE FRVENTES,
OSSA DIEM IN SVMMVM BLANDA QUIES TENEAT.

Ibid.

MEMENTO MORI.

FÆLICI MEMORIÆ
NOBILIS AC GENEROSI VIRI,
DNI. WILLHELMI DE BARDENS,
DOMINI DE WARMENHUYSEN &c.
EQUITIS ORDINIS

SUI

STI. MICHAELIS;
QUI
XV. OCTOBRIS ANNO CHRISTI M.D.C. XXXI.
OBIIT,
ÆTATIS SUÆ XLI.
ET
HEIC TUMULATUS EST.

Ibid.

OSSA HIC EXPECTANT
RESURRECTIONEM.
FREDERICUS WESTPHALEN
ENCHUSANUS,
SAC. ROM. IMP. EQUES AURATUS,
NEC NON HIEROSOLYMITANUS,
POST PERAGRATAM EUROPAM, ASIAM,
ATQUE AFRICAM,
DIEM EXTREMUM CLAUSIT ALCMARIÆ,
ANNO ÆTATIS SUÆ LXXII.
A CHRISTO NATO M. DC. LIII.
DIE II. MENS. OCTOB.

Ibid.

In hoc Templo ſpacioſo ſatis & pereleganti, Carmen de Origine ejus & progreſſu tabulæ inſcribitur, tum Batavicum tum etiam Latinum, ut ſequitur:

Memoriael van deſe Kerck.

A°. Dni.

600. Omtrent geleden duyſent jaar,
Werd hier geſteld Kerck en Autaar,
Den Heydenſchen afgooden;
Om- Niet wel 3 hondert jaar daar naar,
trent Zoo d'oud' memorien zijn waar,
860. Zijn die weer uyt gerooden.
Doe 't licht van Chriſti offerhandt
Glinſterde door heel Kermerlandt,
Sticht men een Kerck ter eeren
901. Van St. Laurence, d'welck naderhandt
1132. Dick van d'Weſt-frieſen is verbrandt,
1328. D'oorlogh kan 't al ontkeeren.
Maar doe de yver kreegh meer kracht,
Werd daer neffens met goed aendacht
Een Kerck in reverenci
1382. Van St. Matthijs geſtelt, ſulx placht
Te zijn onſer voor oudren pracht,
Het werck waardeert d'intenci.
1468. Daar naar den Tooren ſeer vermaart

Van

29 Oct. Van S^t. Laurence ſtort nederwaart,
1470. 'Twelck oorſaeck gaf te vellen
of
1475. Beyd d'oude Kercken tot op de aart,
En in haer plaets, als wert verklaart,
Dit Heerlijck werck te ſtellen.

Ao. 1605. 20. Julij.

Memoriale hujus Templi.

Hic fana quondam diis patriis ſacra
Ao. Struxit vetuſtas, ſollicito pecus
Dni. Cedente votivum Colono,
600. Ut veteres meminere faſti.
At delibuta ſanguine victima
Circ. Inſontis agni protinus impias
855. Delevit aras, cum prophano
Inferias celebrante myſta.
Ædemque Chriſti cultibus unici
Partæ Salutis Arbitri idoneam,
Devotio Laurentianis
Poſtera Martyriis dicavit.
901. Quæ Friſiorum (nam nihil arduum
1132. Sanctumve Marti) ſæpe voracibus
1328. Subjecta flammis, Heu! nefas, heu!

In

In cineres abiit ſolutos.
Sed reſtitutæ contiguum modo
1382. In Sancti Honorem limen Apoſtoli
Iunctum Matthiæ eſt, qua procellas
Imbrifero vomit Auſter ore.
Huic ſemper alta ut præcipiti ſolent
Librare caſu, Nobilis impetu
1468. Divulſa Templo Antiquiori
4. Kal. Nov. Preſſit humum crepitante Turris
Demumque (edaci Temporis Orbita
Rotante verſas ſuſque ſecus vices)
1470. Hoc pro ruinoſis ſacellis,
Al. E ſolido poſitum Lacunar
Saxo, columnis perſpicuum arduis
1475. Cæloque picto (ſerviat ut ſacræ
Rerum Creatoris Tyaræ)
Magnifici Arbitrio Senatus.

A°. 1605. 4. Maij.

In altera tabula longa cærulei coloris, loco quodam Templi editiori, aureis literis legendum eſt Chronogramma, ad perpetuam memoriam fortiſſimæ Defenſionis ab Alcmarianis factæ contra Fre-

Fredericum Ducis Albani filium; qui urbem hanc cum magno exercitu aggressus, & viribus iteratis impetu multo expugnare tentans, semper repulsus erat, donec tandem summâ nominis Jacturâ, & animi angore, re infectâ & copiis valde Diminutis ac examinatis Discedere coactus fuit; unde maximis laudibus apud Historiographos Belgicos Alcmaria celebratur, utpote quæ invicta hac oppugnatione & hostium profligatione, prima Hispanorum impetum fregit. Quamobrem una cum Chronogrammate obsessionem hanc & liberationem Alcmarianam adeo Celebrem, hic loci paucis edisserere Lectori acceptissimum habeo.

Chronogramma templo literis maximis scripta,

CLAREAT OCTOBRIS LVX OCTAVA ALCMARIANIS.

1573.

Historia hujus rei sic se habet:

Capta Urbe Harlemo, Hispani cælo tempestuoso 21. Augusti Alcmariam tendunt, eamque circumcirca arctissime cingunt; for-

fortalitium ad fauces Schermeræ positum obsessi relinquunt, sed extra portam Frisicam impetum in hostem faciebant, at repelluntur. Hispanorum numerus qui urbem cinxerant ad sedecim hominum millia ascendere credebatur; obsessi, milites circiter octingentos numerabant sub Tribuno Cabeljaeu, cives circiter mille trecentos, sed belli imperitos, pro Libertate vero extrema quæcunque audentes, idque Sonoyo, tunc temporis Northollandiæ Præfecto, nunciant, & simul ut celeri auxilio ipsis opus esset ad solvendam obsidionem, sibique utile videri ut campi inundentur.

Sonoyus ipsis rescribit se omnia tentaturum, ac si opus sit vel ruptis aggeribus mare immissurum in agrum circumjacentem, bono tantum essent animo. Idem Urbes Vicinæ ipsis nunciabant per Literas, sed illæ literæ ad ipsos ferri non potuerunt, nec Urbium vicinarum facta Verbis æquabant, quarum cives magis de fæno quam de libertate & Vita sociorum solliciti erant.

Auriacus interim montem St. Gertruidis ope civium occupat atque hinc Hispanis nova Negotia facessit.

Sonoyus

Sonoyus quatuor fortalitiis Hiſpanos impedit, ne ulterius in Noordhollandiam penetrarent, & comburit pagum Oterlick, quoniam Hiſpanis auxilio fuerat. Obſeſſi ſæpe exibant pugnatum, & forte capiebant Hiſpanum quendam, qui multa detexit, ſed tamen ſuſpenſus fuit, cum fertur illum dixiſſe ſi ipſum vellent ſervare ſe una cum ipſis in Diabolum crediturum eſſe.

Narratur, Gallum quendam Harlemi captum, vadibus poſitis ab Hiſpanis dimiſſum eſſe, ea conditione, ut exploratâ Alcmariâ ad ipſos rediret, quodque Alcmariam ubi veniſſet negotium id civibus aperte profeſſus erat, & ſic Hiſpanum indutum Galli veſte ſuſpenſum fuiſſe, ut Hiſpanis perſuaſis ipſum Gallum detectum ac ſuſpenſum eſſe, vades Galli incolumes poſſent evadere.

Fredericus interim cuniculos promovebat, ducentis aut trecentis Civibus Harlemenſibus (ſorte electis) uſus, loco foſſorum; qui quamvis objicerent Veniam ſibi conceſſam, audiebant ſe non puniri ſed regi ſervire, cui vitam cum bonis debebant.

Decimo octavo Septembris cæperunt Tormentis muros quatere, idque duobus locis

locis ferió (pluribus ſimulati) ut Vires Urbis diſpergerent, in quibus multum mænium dejecerunt, & duos pontes faciebant qui viam darent ipſis irruentibus; & ſubinde impetum facientes, tertia hora pomeridiana diei ſequentis, horribili clamore prope Portam Friſicam invadunt mænia disjecta; ſed ſic excepti ab obſeſſis, non armis ſolummodo cæſim & punctim pugnantibus, ſed & aqua fervida, & plumbo fuſo, calce Viva, ſtramine & faſcibus ardentibus, etiam glandibus Tormentorum, ut ſequentibus locum facere cogerentur: ſed & illis eodem modo exceptis tertia turba ſucceſſit, jamque ſtabant in ipſis mæniis ibique ſua ſigna plantarant, clamantes io triumphe, Urbs noſtra eſt, Cum civis quidam ſignifero Hiſpano amputat crura romphæâ, Dicens, *Hoc autem tuum eſt.* Hinc Civibus redit animus & repellunt Hiſpanos, totque ibi jacebant funera ut ſequentibus iter præcluſum eſſet. Apud turrim rubram periculum grandius erat, ubi defenſores & a tergo tormentis infeſtabantur. Diligentiâ tamen Fœminarum & Puerorum adjuti, faces afferentium, aliamque materiam combuſtibilem ab ipſis mænibus inſultores repu-

repulerunt. Qui quartò fortunam irrito conatu tentantes, luce discedente, & ipsi discesserunt. Hoc certum, quatuor horarum spatio, in quas pugna protracta erat, neminem ex obsessis nisi mortuus aut graviter vulneratus esset loco cessisse. Hispanus quidam e mœnijs dejectus, referebat se nullum militem armis instructum vidisse; sed tantum Viros habitu nautas, instar Leonum hastis & bipennibus se defendentes.

Cives 13. & Milites 24 in Urbe desiderati; in castris mille periere, inter quos quidam magnæ notæ.

Multum civibus auxilio fuere Piscatores plurimi, clamantes Invadite, Trucidate, qui cum multis naviculis ad fauces Schermeræ veniebant incussuri terrorem hosti.

Fredericus sequenti die scilicet Vicesimo Augusti, tormentis denuò muros quatit, & milites jubet iterum fortunam experiri, sed frustra, animo ipsis deficiente.

Sonoyus interim aperit cataractas rusticis repugnantibus, jamque campi inundabantur. Interea nummi stannei cusi fuerunt, ob pecuniæ penuriam, militi-

busque promiſſum, ut ſoluta obſidione alios pro ijs nummos acciperent.

Tribunus & Conſules perſuaſerant cuidam Martino Petri Vermey, ut literas ferret ad Sonoyum & Ordines. Hic ulterius Delphos miſſus, redit cum literis Auriaci ad Sonoyum & obſeſſos, noctu viceſimo octavo Auguſti, jamque evaſerat niſi ultimæ excubiæ ipſum detexiſſent; aufugit tamen, ſed epiſtola abjectâ, quæ lecta a Ferdinando laudabat obſeſſos promittebat præmia & auxilium; utque quamprimum cives ignem in turri accenderent (aucto periculo) aggeribus perfoſſis, totam regionem aquis circundarent, quin etiamſi non incenderent ignes id futurum, ſi neceſſe arbitrarentur. Sonoyus aliud exemplar ejus epiſtolæ in Urbem miſit. Fredericus cæpit timerè cum videret ex immiſſione aquæ campos inundari, ne exercitus ejus aquis periret, aut ſaltem tormenta bellica cogeretur relinquere. Unde octavo Octobris cum exercitu diſcedit; obſeſſi Hiſpanos ſequuntur, & gravi damno afficiunt, atque milites ex Urbe Pagos aliquot qui Hiſpanis faverant comburunt.

Epitaphium Flor. Comitis Hollandiæ in choro hujus Templi his Verbis continetur;

HIER ONDER IS DEN INGEWANT VAN GRAEF FLORIS VAN HOLLAND DIE VERSLAGEN WORT VAN H. GERRIT VAN VELSEN.

Latine Sic.

HIC SUBTUS SUNT VISCERA FLORI COMITIS HOLLANDIÆ QUI CÆSUS FUIT A D. GERARDO A VELSEN.

Epitaphium hoc cum mentionem facit casus, quo Notabilior a Scriptoribus Batavis sub Comitum regimine haud quaquam describitur, & tamen ne minimam Lectori lucem prebet, brevem & qua possit fidelissimam hujus rei narrationem addam, quantum ad personas quorum

homina in hac inſcriptione leguntur.

Comes hic fuit Florentius quintus, Filius quarti Flor. a Friſijs morte violenta Sublati, qui varias ob cauſas malæ adminiſtrationis a multis ijſque magni nominis Viris odium inijt, tam exteris Principibus, quam propriæ ſuæ Ditionis indigenis. Præſertim vero, Nobilibus plériſque & generoſis Hollandiæ & Zelandiæ exoſus fuit, ob injuſtam expulſionem Aleidæ amitæ ſuæ, & Liberorum ejus, & ob invaſionem Libertatum & Proprietatum Subditorum ſuorum, quas infringere & Dominium illicitum ſibimet accumulare, extra modum diſcupivit. Unde plures Dynaſtas & Toparchas Dominia & prædia ſua ſibi ſubmittere coegit, ac poſtea Jure clientelæ ſive Homagij ab ipſo recipere, & in futurum in malum feudum (quod aiunt) poſſidere: ut patet ex varijs Archivis Viz. Erkelæ Aº. 1269. Leidæ 1277. Waterlandiæ 1282. Brederodæ 1263. Amſtelæ 1285. Woerdæ 1287. cum multis alijs quorum ectypa quædam (Amſtelæ nempe & Woerdæ) ipſe perlegi. Inſuper 40. ruſticos vetuſto Equitum Auratorum Ordini adſcivit, in Ordinis contemptum & diminutionem, quod

quod indignanter admodum Veteres ejuſdem Hæredes tulere. Peſſime etiam audijt de Fædere clandeſtino inter ipſum & Philippum Pulchrum Galliæ Regem ictum, quo obſtrictus eſſet ſub conditionibus privatis (inſcijs Ordinibus) Hollandiam & Zelandiam Gallicæ ditionis facere.

Præter odium hoc generale haud pauca accumulavit odia particularia, propter injurias vel in re, vel in fama, vel perſona, individuis illatas; quæ altiſſime pectoribus illorum infixa, tandem velut ignis diu conſopitus eo violentius exardebant: ex ſubditis præcipui ejus inimici fuere, Hermannus a Woerden qui illum ſummo odio habuit, non ſolum ob vim Caſtello ſuo Montfortij, ſimul & Dominio, illatam, ſed etiam filiæ ſuæ Uxori Domini Gerardi a Velzen.

Gisbrechtus Amſtelæ Dominus, quoniam Caſtellum ſuum Vredelandiæ diripuit, & Homagium ab eo vi & armis extorſit, fratremque ſuum Arnoldum captivum detinuit.

Johannes Heusdæ Dominus quia filiam ſuam vitiaverat & in pellicem habuit.

Inter omnes vero nemo adeo infenſus fuit ei, ut Gerardus a Velſen; quoniam

fratrem ejus iniqua ſententia de medio ſuſtulit, ſeipſum duodecim menſes completos immerito incarceravit, & Uxorem ejus violaverat.

Ex tot & tantis odijs exorta eſt tandem confæderatio inter hos & alios quamplurimos ejus inimicos (ſingulos enumerare haud expedit) Rege Angliæ & Duce Brabantiæ, non ſolum approbantibus ſed etiam ad hoc idem inſtigantibus; qui per nuncios privatos polliciti ſunt tam concilijs quam ſubſidijs eis ſuppetias venire. Poſt varios conſpirantium conventus, & concilia mutuo collata, pactum eſt & juramento ratificatum, Comitem apprehendere, & in cuſtodiam dare Regi Angliæ, ubi durante Vita captivus detineretur, & Joannes filius ejus jam Angliæ degens, in Dominium ipſius ſubſtitueretur. Nam etſi filiam regis Angliæ in Uxorem Duxerat & ei fæderatus fuit, ut eoſdem uterque & hoſtes & amicos haberet, nuper eum deſeruit &, pactum cum rege Galliæ inijt, ut pro certa ſumma pecuniæ, tum in præſenti, tum annuatim, durante vita ipſi perſolvenda, auxilio ei foret contra Anglos.

Exinde opportunitatem opperientibus no-

negotium exequendi, tandem occasio data est, Comite ad alites accipitre venandos egrediente, quod genus oblectamenti summo in delicio habuit. Statuta tempore Pomeridiano venatione, Comes post prandium dormitum ivit, cum conjurati de armis & servis suis omnibusque necessarijs prospiciunt, quo pacto Comitem ex improviso deprehenderent & Captivum ducant.

Omnibus jam ex voto dispositis, D. Hermannus a Woerden, D. Gerardus a Velzen, Arentius a Benscoop, Gerardus a Krayenhorst, Gulielmus a Teylingen, Gulielmus a Zaenden, alijque Generosi, cum plurimis ipsorum assecliis, Urbem (Trajectum scilicet ad Rhenum ubi tunc temporis Comes erat) derelinquunt;& in tres partes se dispescunt,sesquilapidis circiter spatio ab Urbe adventum Comitis exspectantes; Gisberto ab Amstela unico in Urbe manente & Comitem attendente, ut si quid forsan detectum foret, tempestivam admonitionem daret ad fugam, omnibus vero securis, de adventu Comitis jam appropinquantis eos certos faceret. Res bene cessit; a Gisbrechto, de adventu ejus moniti, ad opus se

accingunt. Comes jam adeſt, rogat, quo iter tenderet? cum ſtatim a Conſpirantibus circumdatus Captivus ducitur, & primum ad domum Kroonenburg vocatam, eadem nocte ad Caſtellum Mudæ abductus, & ſub rigida cuſtodia detentus, ut Navi hunc in finem parata ad Angliam deportaretur.

Notandum eſt quod ab Hiſtoricis traditur, neminem ex equeſtri Ordine, nec e Generoſis aut D. D. Ordinibus terræ, commiſſeratum eſſe fatum ejus triſtiſſimum Sed tanquam objectum oculis ſuis pergratum intuebantur, fælicem eventum operi incepto exoptantes. Vulgus autem ad Comitis Liberationem arma capit, Caſtellum Mudæ cingit, & ſolutionem ejus acriter poſtulat; quod tamen negatum eſt. Poſt quintum diem obſeſſi arcem ob commeatus penuriam deſerere coacti ſunt, & cum Comite captivo diſcedere, pedibus ſuis ſub ventre equi prius colligatis, & ore ejus chirothecâ obturato, ne forſan exclamaret.

Nerdam verſus tendunt, ſed intercepti a vulgo Armato Comitis liberationem rurſus poſcente, cum non amplius detinere poterant, dimittere tamen nolentes, uno

& Vi-

& Viginti Vulneribus eum perfodientes gladijs interficiunt, Accidit hoc 28. Juny Aº. 1296. Hujus cædis præcipuus inſtigator fuit Hermannus a Woerden, executor Gerardus a Velzen. Corpus ejus ad Caſtellum Muderburgi primum, inde Alcmariam devectum eſt, & aromatibus conditum: poſtea ad Cænobium Rhenoburgi tranſlatum & tumulatum. Viſcera vero in hoc Templo condita in Sarcophago marmoreo cum epigraphe ſupraſcripta literis antiquis inſculpta.

Comite jam Fato miſerabili functo, Conjurati fugam capeſſcentes, ad caſtellum Gerardi van Velſen Kroonenburg dictum, ſe recipiunt; ubi iterum a vulgo & ordine & Ducibus adhuc deſtituto ſunt obſeſſi. Tandem Duces electi ſunt & exercitus formatus, qui prius ſub ductu Imperatoris Domini Loef (interempti Comitis Nepotis) poſtea ſub regimine Comitis Cliviæ aggreditur Caſtellum & expugnat. Quamvis enim obſeſſi fortiter admodum ſe defendere, tamen perpetuis vigilijs & multis Vulneribus debilitati, & a Confæderatis (unde ſpem ſolutionis fovebant) deſerti, cum amplius arcem

tueri non poterant dedidere; & licet Comes Cliviæ eos a vulgi rabie protegere conatus erat, illo invito omnes crudeliſſimis ſupplicijs affecti ſunt, Quos inter Gerardus a Velzen, qui Comitem occiderat, (is ſecundum hiſtoricos) dolio cui claviculi undique infixi fuere, ſpiculis ad intra diſpoſitis incluſus & rotatus eſt, & tertio die adhuc vivus extractus, & interogatus quali jam eſſet animo, reſponſum dedit animi mire Conſtantis & plane invincibilis.

Gerard van Velzen is de zelven Man,
Die Graaf Floris ſijn leven benam.

Gerardus a Velzen idem vir eſt
Qui vitam Comiti Florentio ademit.

Quod poſtea in Proverbium ceſſit Hollandis, quando magnanimitatem & Conſtantiam exprimere volunt, quâ animi conſtantiâ fortiſſimam animam exſpiravit.

Chronodiſticon ad Tumulum Petri Foreſti Medici Alcmariani Celeberrimi.

EVIC-

EVICtVs fato CVbat haC sVb MoLe
ForeſtVs,
HIppoCrates BataVIs sI fVIt, ILLe
fVIt.

Alios inſuper egregios Viros Alckmaria genuit; Pet. Nannium, & Cornelium Drebbel, ut quidam, ſummum ſuæ ætatis Philoſophum; multa ſane & mirabilia Inventa illi attribuuntur, quæ licet primo auditu fidem ſuperare videntur, nihil ominus ab Autoribus haud levis fidei tanquam credibilia narrantur; Quibus admiſſis, liquet, eum ſi non principem in Philoſophia & Matheſi, ſaltem nemini ſui temporis ſecundum fuiſſe, & opticis inventionibus vix æqualem habuiſſe. Edidit etiam Adrianum Metium Medicum & Mathematicum Præclarum, cui Franekera (Inclyta Friſiorum Academia) tumulum dedit, ubi Nobile admodum Epitaphium ejus legendum eſt, quod in ſuo loco Libro noſtro inſeretur. Vidi etiam in Tabula in æde Civis cujuſdam carmina quædam Encomiaſtica de Viro erudito Illuſtris Gymnaſij ibidem nupero Rectore, qui & Literis & Eloquio plurimum pollebat.

RE-

REINERUS NEUHUSIUS. J. C. LEOW. FRISIUS, ILLU
STERIS GYMNASIJ ALCMARIANI RECTOR, ET IBI
DEM ECLESIÆ SENIOR ÆTATIS LIV.
CIↃ. IↃC. LXII.

HIC EST QUEM FRISIJ PROCERES CLARIQUE SI
CAMBRI.
PRÆSIDIUM SUADÆ BIS PETIERE SUÆ.
NEUTRA VIRUM POTUIT PROVINCIA VINCERE VER
BIS
ILLI IN DILICIJS ALCMARIA UNA FUIT.

EDAMI.

TER GEDACHTENISSE
VAN DEN EDEL MANHAFTEN
JACOB ANDR. SWART,
ORDINARIS CAPITEIN
ONDER DEN ZEE RAED T'AMSTERDAM.

DEES KLEENE GRAF-STEEN DEKT DEN GROO-
TEN ZEE-HELD SWART,
DIE AFGESTREEN IN KRIJG ZIJN ZIEL GODT
HEEFT GEGEVEN
IN VREE, DIE VOOR ZIJN KLING, BRITT, ZWEED,
EN TURCK DEED BEEVEN,
WIENS NAEM ONSTERFLYCK LEEFT, EN 'T DUUR-
SAEM MARMER TART.

La-

Latine Sic.

IN MEMORIAM
NOBILIS STRENUI
JACOBI ANDRIANI SWART,
NAVARCHÆ ORDINARIJ SUB CONSILIO
MARITIMO AMSTELODAMENSI.

WART CUBAT HOC PARVO MAGNUS NAVARCHA SEPULCHRO,
ATTRITUS BELLO, DOMINO SED PACE RESIGNANS
ENTEM; QUI SUECOS, BRITONES, TREPIDAREQUE TURCAS
FECIT; FAMA SUI LONGÆVAQUE MARMORA VINCÆT.

ANNO 1645. DEN 21. DECEMBRIS
IS IN DEN HEER GERUST
VOOR BERGEN IN NORWEGEN,
CAPITEIN SYMEN THYSZ KADDENS,
EN IS ALHIER BEGRAVEN,
DEN 18. MARTIUS 1646.

Latine Sic.

Aº. 1645. 12. KAL. JAN.
IN DOMINO QUIEVIT
ANTE BERGAM IN NORWEGIA,
NAVARCHA

SI

SYMEN THYSZ KADDENS,
ET HIC SEPULTUS EST 15. KAL. APR. 164

Ibi

DEN 4. SEPTEMBER.
IS ALHIER BEGRAVEN
DEN EERENTFESTEN MANHAFTEN
BOWEN HEYNS,
IN SIJN LEVEN GENERAEL OVER D
VLOOTEN
IN DIENSTE VAN DE WEST-INDISCH
COMP.
STERF OP DE VOYAGIE
DEN 2 JUNY. 1626.

Latine Sic.

QUARTO SEPTEMBRIS
HOC IN LOCO TUMULATUS EST
NOBILIS STRENUUS BOWEN HEYNS,
DUM VIVERET PRÆTOR CLASSIUM
QUÆ SOCIETATI INDIÆ OCCIDENTALI
MILITABANT.
DEFUNCTUS IN EXPEDITIONE
2. JUNY 1626.

Ibid.

HIER

HIER LEYT BEGRAVEN
DEN CAPITEIN
GERBRANT VOLCKERTSEN BOES
DIE DEN 13. JUNY 1665.
IN DEN SLACH TEGEN DE ENGEL-
SCHE
DOOR VIER EN WATER
ZIJN LEVEN HEEFT GELATEN,
EN DEN 12. JULY.
BY OOST-VLIELANT GEVONDEN,
IS ALDAER BEGRAVEN;
EN DAAR NAAR BEKENT GEWORDEN
IS TOT EDAM GEBRACHT,
EN DEN 20 JULY
ALHIER EERLYCK BEGRAVEN.

Latine Sic.

HIC JACET SEPULTUS
GARBRANT VOLCKERTSEN BOES
NAVARCHA,
QUI IDIBUS JUNY 1665.
IN PRÆLIO CONTRA ANGLOS
VITAM SUAM AMISIT
PER IGNEM ET AQUAM,
ET 4. IDUS JULY
REPERTUS EST
PROPE OOST-VLIELANDIAM,

ET

ET IBIDEM TUMULATUS;
ET POSTEA AGNITUS,
EDAMUM EVECTUS EST.
ET 13. KAL. AVG.
HONORIFICE HOC IN LOCO SEPULTUS.

Ibid.

Templum hoc multis Vitris Preciosissimis adornatum est, singula vitra a singulis Hollandiæ Urbibus (fere omnibus) sunt Donaria. Præcipuum quod observationi nostræ occurrit, continet Historiam Victoriæ cujusdàm egregiæ, quâ Northollandi tempore Ducis Albani De classe Inquisitoria Debellata triumphabant; Classe scilicet ad Inquisitionem urgendam a Pontificijs instructâ. Quæ res cum maximi erat momenti ad libertatem & Religionem reformatam promovendam, carmen primum Memoriale quod de ea in fenestra Hujus Templi positum est & postea Brevem ejusdem relationem tradam.

ALS

ALS MEN SCHRYVE 15 HONDERT EN LXXIII.
MEE
GESCHIEDE DEN SLAG SEER WONDER OP
ALL DE ZUYDER-ZEE,
ALWAER BOSSU HOOGHMOEDIGDEN ADMI-
RAEL, INT' NET
IS VAN ONS VOLCK SEER SPOEDIG GE-
KREGEN EN VAST GESET,
DOOR CORNELIS DIRCK VROOM VAN MONNI-
KENDAM DEN HELT,
D'ADMIRAEL SONDER SCHROOM VAN 'T
NOORDER QUARTIER GESTELT.
TOT HOORN IS HY DRIE JAAR GEVANGEN
GEWEEST, DAER NA
DOOR ACCOORD LOS GELATEN, LOOF GODT
VAN ZYN GENAA.

VAN DE COMMITTEERDE RAEDEN TER AD-
MIRAELITEIT VAN WEST-VRIESLANT 'T
NOORDER QUARTIER.

Latine sic.

VIRGINIS A PARTU QUINGENTIS MILLEQUE
LAPSIS,
POST DECIES SEPTEM, DUM FLUXIT TERTI-
US ANNUS,
HORRIBILIS CLADES PER ILEVI SPARGITUR
UNDAS,
VINCITUR INSULTANS INQUISITORIA DICTA
CLASSIS, ET IN NOSTRA CAPTUS CLAU-
SUSQUE SAGENA
ARCHITHALASSUS ERAT BOSSUVIUS IPSE
SUPERBUS,
QUEM MONACHODAMI NATUS CORNELIUS
HEROS,
ARCTOÆ CLASSIS PRÆTOR DEVICERAT
AUDAX.

TRES ANNOS HORNÆ, RECTI VIOLATOR ET ÆQUI,
CARCERE CONCLUSUS FUIT; HINC CELEBRATE JEHOVAM.

A DEPUTATIS AD CONCILIUM THALASSIARGH. WEST-FRISIÆ E BOREALI REGIONE.

Poſt Harlemum ab Hiſpanis captum Albanus Amſtelodamum venit, & inde Harlemum petit, cui cum proſpexit, Amſtelodamum reverſus eſt, ſpe fretus ſubigendi Noordhollandiam. Sub Boſſuvio igitur claſſem inſtruit, quæ ipſo ſpectante 12 Septembris ſolvit, Monachorum & Sacrificulorum magnâ præſente catervâ, qui maxima cum pompa cruces geſtabant, & innumeras benedictiones tam ſancti operis ſuſceptoribus effundebant.

Primo die exitus non ſucceſſit, quia Noorthollandi iter ipſi navibus peſſundatis præcluſerant, ſed ſecundo die viam invenit. Quapropter claſſis Noorthollandica ad Pampus uſque recedebat: (vadum quoddam vel dorſum ita vocatur horam plus minus ab urbe diſtans) Erant ipſi Boſſuvio qua naves quâ liburnicæ octodecim, ſex ſigna Hiſpana, item aliquot Germanica & Belgica. Vicè Archithalaſſus erat Jan Simons Rol Hornanus. Fortalitium Schellingwoudæ primo aggreditur, unde Henricus a Broekhuyſen fortalitio Præfectus, poſt ſtrenuam defenſionem, tandem Monachodamum fugit. Eodem die pleraque

alia

alia fortalitia Waterlandica se dedidere. Noorthollandi spe præcludendi hosti viam, & fortalitiis privati, quorum Tormentis summè indigebant, Hornæ & Enchusæ 24 Naves Bellicas instruunt, petuntque alias, sed præsertim Tormenta ab Auriaco, interim cælum tempestuosum ipsis tempus dedit parandi istas Naves. Bossu fortalitiis milite instructis redit Amstelodamum, ut augeat classem, dimicaturus pro imperio Flevi. Robles capit interim 7 Naves frumento onustas in ostio Flevi, vulgo T'Vlie; sed non poterat venire jutum Bossuvium, ne doco Martina (a parte hostium) ibi tunc prævaleret. Martina etiam ne Robles se absente prævaleret ibi remanere coactus erat.

Bossuvius cum circiter 30 Navibus, quas inter Prætoria, (insignita odioso nomine Inquisitionis) quæ 32 Tormenta ærea, & 200. Hispanos milites veteranos vehebat 3. Octobris discedit Urbe, sed vento renitente ante 5um. non poterat superare Pampus; Tunc Noordhollandos invadit, eo animo ut longius se ab iis contineret, quo melius Tormentis suis quibus prævalebat eminus, illos infestaret; illi è contra numero superiores, id unum agebant, ut cominus pugnarent. Sic dimidia dies cum sequente integra prætereunt, ut quilibet pro suo lubitu pugnaret, duasque naves Hispanorum assecuti sunt Hollandi; quarum altera capta a Jacobo Til, cujus Navarcha

cum ſex aliis Hornam miſſus, reliqui qua transfixi qua in mare præcipites dati ad quinquaginta, ſed quia cum multis aliis graviter vulneratus erat navis ipſi iterum erepta fuit. Hinc vix quidquam actum ad undecimum Octobris, cum Boſſuvius Tormentis ſuis Fæderatis ingens damnum fecit, ſed Noordhollandorum Archithalaſſus Cornelius Dederici Monachodamenſis, in cujus navi Centurio Ruikhaver cum aliquot militibus erat, Poſt varios irritos conatus, Boſſuvii navi ſuam affigit. Is DISPOSUIT NAUTAS QUOSDAM SUPER ORBES MALIS NAVIS AFFIXOS, QUI CALCE VIVA IN OCULOS HISPANORUM PROJECTA, VISUM EIS ADIMEBANT. Petrus Bak Hornanus Boſſuvium ab altero latere aggreditur, aſſecuti Jacob Catharinæ Enchuſanus à prora, Boer a Schellingwouda a puppe, ſed poſtremus coactus erat recedere, & ſic cum tribus illis alteris navibus pugnans, & fluctu acta, navis Comitis poſt Neck apud Wymes adhæſit vado. Interim navis regia cui præerat Wilhelmus Veſt Enchuſanus, a Fæderatis capitur, ſed haud diu poſt peſſum ibat. Quinque minores vadis alliſæ ſe dediderunt. Jan Rol cum reliquis fugit trans Pampus. Veſperi in conſilio bellico decernitur, Craſtino die (vel cum vitæ periculo) Boſſuvium liberare, jamque prima cum luce explicuerat Rol vela unâ cum aliis qui credebant ſe ruituros in hoſtem,

ſtem, ſed ipſe recta tetendit Amſtelodamum, Aliis id mirantibus & illum ſequi coactis. Indicabat ſe ab Hiſpanis cogi. Eo die Boſſuvius deſertus, qui ſtrenue tamen ſe defendebat, pugnaque durabat noctem totam, etiamſi Noordhollandi alios in ſubſidium acciperent, INTER QUOS MULTI CIVES HORNANI EX ARDENTISSIMO LIBERTATIS ET PATRIÆ SUÆ AMORE, E QUIBUS JOHANNES HARINK LUCE PRIMA DIEI APLUSTRE ABSTULIT A MALO NAVIS PRÆTORIÆ INQUISITORIÆ DICTÆ, QUAMVIS IN CONAMINE ICTUS GLOBO TORMENTI GENEROSE PRO PATRIA OCCUBUIT. Ingruente meridie poſt pugnam 28 Horarum militibus (quatuordecim circiter exceptis) amiſſis, Boſſuvius ſe captivum dedit.

Haud pauci viri majoris ordinis capti ſunt, ut & 300. circiter milites; quorum tertia pars Enchuſam, totidem Hornam, cum Comite vecti ſunt, QUI URBEM INTRANS CONTUMELIOSISSIME A CIVIBUS RECEPTUS, JUSTE EXPROBRARI SIBI AUDIEBAT SE AUTHOREM ESSE PERFIDÆ ILLIUS CÆDIS ROTERODAMENSIS, ET QUOD EODEM ANIMO CONTRA ILLOS EGRESSUS, SCELERIS PRETIUM ACCEPERAT. APLUSTRE INQUISITORIUM IN MONUMENTUM VICTORIÆ SUSPENSUM ILLIC IN TEMPLO

& in omnibus locis dies inſtitutus ut Deo gratiæ agerentur.

Exitum prœlii Cives Harlemenſes captivi intellexere, per chartam tubulo impoſitam, qui Maſſæ butyri incluſus ad ipſos ferebatur, cum adhortatione ut butyrum attentè guſtarent, ſi ipſos juvaret ſe plus accepturos: ſtatim igitur id guſtant, & Conſul unâ captivus, lectâ ſchedulâ dicebat, aſellum majorem captum eſſe, cujus ingluvies valeret centum florenorum millibus; ſtatim ergo Pſalmos canunt, Hiſpanis cauſam ignorantibus, & Kieſs poſtea liberatur contra Weldam, SED Bossuvius NON DIMISSUS, QUIN ADHUC TRES ANNOS CONTINUOS USQUE AD PACEM GANDAVENSEM IN CARCERE REMANSIT.

Albanus hoc prælio male ſuccedente, & Frederico filio ſuo ab Alcmaria repulſo, ita odio & contemptui ſuis erat, ut plurimi qui ejus effigiem è loco honoratiore domus (vel in Aula vel Cubiculo vel Triclinio) ſuſpenderant, in turpiſſimam ponerent, quodque milites in Urbem introducere voluerat id plurimum odii ipſi fecit. Timens itaque tumultum, ob debita graviſſima contracta, tubâ pronuntiari jubet, ut omnes ejus creditores Poſtridie ad ipſum venirent accepturi pecuniam, ſed ea nocte diſceſſit; multique ex ditiſſimis, quibus regium nomen Magnificum quid videbatur, unde Albano multum fidei habuerant, extremam egeſtatem adacti ſunt.

Deus Liberam Servet hanc Rempublicam a tali progenie.

In

In hoc Templo Carmen Scriptum eſt de Occaſione unde Edamum Inſignia ſua primum obtinuit.

EDAM ALS GETROUWE LANDSATEN
QUAMEN DIE VAN HAERLEM TE BATEN
WILT VREUGHDE VATEN;
SY GINGEN HEM AEN MET HARD EN FIER
MET STOUTEN MOEDT EN MET FELLE MANIER;
ALS VERWOEDE STIER.
PAUS KEYSER EN ALLE HET CHRISTEN HEER
VERWONDERDEN HEM MET ALLEN SEER
VAN DIE GROOTE EER.
ALSOO KREEGH EDAM HAEREN WAPEN
MET EER EN GEWELT,
DRIE VERGULDE STERREN IN'T ROODE VELT,
END' EEN STIER DAER IN GESTELT.

Anno 1610.

Latine ſic.

HARLEMI CIVES CIVES COMITANTUR EDAMI
ADVERSUS TURCAS, FIDUS SIC INCOLA FIDO
ARDUA SI POSCUNT SEMPER SOCIATUR AMICO.
INVADUNT HOSTEM VELUTI FREMEBUNDUS IN AGRO
RIVALEM AGGREDITUR TORVUS CORNUPETA TAURUM.
CHRISTICOLÆ CUNCTI STUPEFIUNT TALIBUS ACTIS,
MILES, PRÆFECTUS, CÆSAR, SUMMUSQUE SACERDOS.
HINC SUA DEDUCENS INSIGNIA GAUDET EDAMUM,
TRES CAMPO RUBRO STELLAS DUM VENDICAT AURO
OBDUCTAS, JUNCTO QUI SPIRAT PRÆLIA TAURO,
PROPRIA SIC VIRTUS NOBIS CUMULAVIT HONOREM.

Anno 1610.

VITA MORTALIUM VIGILIA.
REV. DOCTISS. VIRI
SAMUELIS BARTHOLDI
CHRONOLOGICON.

Obitus. EXIIt Vt VIVat SaMVeL BartoLDVs In aſtrIs.
Ætatis. VIXIt at Is VIVVs faX fVIt VsqVe ſVIs
Paſtorat. GnaVas paſtorIs partes pro VIrIbVs egIt.
& Verbo paſtas eXſatIaVIt oVes.

Monachodami Templo.

Jamque Hollandia peragrata & collectionibus quas notavi præcipuis è Templis Curiis aliisque locis Publicis Traditis, addentur in fine Collect. mearum Hollandicarum,

INSCRIPTIONES ET CARMINA
NOVÆ CURIÆ
AMSTELODAMENSIS,
TOTIUS ORBIS
MAGNIFICENTISSIMÆ,
OCTAVI MUNDI MIRACULI
HAUD IMMERITO DICTI;
ET
HISTORIARUM
QUIBUS SUBSCRIPTA SUNT
BREVISS. EXPLICATIO.
OMNIA LATINE REDDITA.

IN

IN CURIÆ HUJUS INTROITU IN CAMERA QUA SONTES SUPPLICIO ADDICUNTUR, MEMORABILIS INSCRIPTIO LEGENDA EST, DE BELLO CUM HISPANIS FINITO, PACE RATIFICATA, ET NOBILISSIMA HAC CURIA FUNDATA UNO EODEMQUE ANNO.

IV. CAL. NOV. CIↃ. IↃC. XLVIII.
QUO COMPOSITUM EST BELLUM QUOD FOEDERATI INF. GERMAN. POPULI CUM TRIBUS PHILIPPIS POTENTISSIMIS HISPANIARUM REGIBUS TERRA MARIQUE PER OMNES FERE ORBIS ORAS ULTRA OCTOGINTA ANNOS FORTITER GESSERUNT ASSERTA PATRIÆ LIBERTATE ET RELIGIONE AUSPICIIS COSS.
PACIFICATORUM OPTIMORUM GERB. PANCRAS, JAC.

DE GRAEF, SIB. VALCKENIER, PET. SCHAEP. CONSULUM FILII ET AGNATI JACTO PRIMO FUNDAMENTI LAPIDE HANC CURIAM FUNDARUNT.

IN EADEM CAMERA HISTORIÆ QUÆDAM ANTIQUÆ ET CELEBERRIMÆ, IN MARMORE CANDIDO ELEGANTISSIME SCULPTÆ SUNT, QUAS HIC RECENSERE LECTORI NON INGRATUM JUDICO.

IN MEDIA PARTE SEDET SALOMON IN SOLIO, UBI CELEBRATAM ILLAM ET OBSCURAM CONTROVERSIAM, INTER DUAS FOEMINAS DECIDIT.

IN ALTERA VERSUS AUSTRUM ZALEUCHUS PATITUR SIBI ALTERUM OCULUM ERUI, UT ALTER FILIO SALVUS SIT, ET SEIPSUM JUSTUM JUDICEM EXHIBEAT.

ZALEUCHUS enim LEGISLATOR erat LOCRENSIUM, & inter alias leges hanc etiam condiderat, ut ſiquis in Adulterio deprehenderetur, utroque oculo orbaretur: evenit autem, ut filius ejus in ipſo adulterii actu deprehenſus fuit, & quamvis Cives apud Patrem ejus interceſſere, pœnam ipſius criminis remitti, nc-

equaquam id impetrare potuere. Civibus ero in eodem animo perseverantibus, & in pplicatione instantibus, tandem illos sic ffatur: Cum video vos adeo obnixè petere t filius meus dimittatur, per me licebit, verum ea lege, ut alter mihi, alter filio meo, oculus eruatur, quod etiam executum fuit.

IN TERTIA PARTE VERSUS BOREAM, CONSPICITUR L. JUNIUS BRUTUS, QUI FILIOS SUOS GRAVITER PRIMUM FLAGELLATOS, CAPITE PLECTI CURAVIT.

QUIA CONSPIRARANT CUM IIS, QUI TARQUINIUM SUPERBUM REGEM, OB MALAM ADMINISTRATIONEM, NUPER ET URBE ET REGNO EXPULSUM, RESTITUERE CONABANTUR. QUAMVIS ENIM RAPTUS LUCRETIÆ A SEXTO TARQUINIO EJUS FILIO, PRIMAM OCCASIONIS ANSAM PRÆBUIT POPULO, INTOLERABILE JUGUM EXCUTERE, TAMEN IPSIUS PRÆVIA TYRANNICA ADMINISTRATIO PRÆCIPUE IN CAUSA FUIT; UNDE COGNOMINE SUPERBI ETIAMNUM EXPROBRATUS EST. TARQUINIO JAM EX URBE ET REGNO PULSO, UNA CUM IL-

ILLO REGIA ETIAM ADMINISTRATIO ABDICATA EST, ET EXTERMINATA, ET REGIMEN CONSULARE INSTITUTUM, SED JUVENES ALIQUOT NOBILES ASSUETI LICENTIÆ AULICÆ, ET INDULGENDO TURPISSIMIS CORRUPTI MORIBUS, FRÆNI A CONSULARI REGIMINE CUPIDITATIBUS ET VITIIS EORUM JAM IMPOSITI IMPATIENTES, EOUSQUE VITÆ STATUM COMMUTANDUM DEDIGNANTES, IDCIRCO DE REGE RESTAURANDO CONSPIRAVERUNT; Et cum Legati regii Romam appulere, regis solummodo propria reposcentes bona, nullam mentionem facientes de ejus restitutione, Juvenes illi, noctu cum his LEGATIS super ea re clandestinè consilia communicant, negotiumque regis restaurandi VITELLIS ET AQUILIS exequendum primò committitur. Soror autem VITELLORUM uxor erat L. JUNII BRUTI CONSULIS, ex quo conjugio prodierant duo Juvenes quorum ope Avunculi eorum utebantur, ad propositum suum assequendum: LEGATIS hæc de re dantur Literæ a conspiratoribus ad regem, quo majorem LEGATIS fidem haberet; res a servo quodam VITELLORUM detecta est, Capiuntur LEGATI, Literæ inveniuntur, aperiuntur; proditio manifesta est, PRODITO-

RES

RES DEPREHENSI, CAPITE DAMNATI SUNT, FLAGELLATI, ET DECOLLATI, AC INTER ALIOS FILII BRUTI, EODEM QUO ALII SUPPLICIO PATRE SPECTANTE E MEDIO TOLLUNTUR.

In Camera Consulari.

Supra trabem transversam camini in hac Camera, depictum est quomodo SUESSA CONSUL ROMANUS, patrem suum Q. FABIUM MAXIMUM, A SENATU LEGATUM ipsi missum, per Satellitem jubet equo descendere, muneris sui quam sanguinis magis memor. (Romani enim lege caverant ne quis equo insidens ad Consulem accederet) Pater illi in hæc verba prorumpit; Mi fili, non proposueram mihi Imperium tuum violare, sed tentare an munere Consulari bene defungereris, Quod hoc carmine subscripto exprimitur.

De Zoon van Fabius gebiedt zyn eygen Vader
Van 't paardt te stygen, voor Stadts Eer en Achtbaarheydt,
Die kent geen bloedt, en eyscht dat hy eerbiedig nader,
Dus Eert een Man van Staat, het Ampt hem opgeleydt.

La-

Latine ſic.

NATUS, EQUO FABIUM JUSSIT DESCENDERE PATREM,
MUNUS UT ACCEDENS URBIS REVERENTER HABERET.
POSTHABITA EST PATRII REVERENTIA SANGUINI URBI.
NOBILITAT MUNUS QUIVIS SIC MUNERE DIGNUS.

IN CAMERA RECESSUS CONSULARIS.

Ad latus boreale camini in Penetrali ub Conſules recedunt, depicta eſt Conſtanti Fabritii Nobilis Romani, in muneris ſui exe cutione, ubi ad regem Pyrrhum legatus eſt qui ipſum fruſtra theſauris & barritu Ele phantum terrere conatur, & in ſuas parte trahere.

Inferius hæc Carmina leguntur.

FABRICIUS HOUDT STANDT IN PYRRHUS LEGER TENTEN,
HET GOUT VERZET HEM NIET, NOCH SCHANDELYCKE ZUCHT,
NOCH ELEFANTS GEBRIES, EN FELLE DREIGEMENTEN,
ZOO ZWICHT GEEN MAN VAN STAAT, VOOGAVEN NOCH GERUCHT.

Latine ſic.

FABRICIUM PYRRHI CASTRIS NEQUE FLEXERAT AURUM
MUNERIS AUT TANTI PROBRUM SCELERATA CUPIDO,
NEC FREMITUS BARRI, NEC VERBA MINANTIA PYRRHI:
LEGATUS DIGNUS SILET HAUD OB DONA VEL IRAS.

In Auſtrali parte camini in hac Camera ſupra ſuperliminare exhibetur MARCUS CURIUS RURE SUO RAPIS CONTENTUS, ET CONTEMNENS MAXIMA SAMNITUM MUNERA, QUIBUS IPSUM TENTABANT, & in Urbem invitabant.

Is ad focum rapas torrebat, quando Samnitum Legati magnum auri pondus ipſi afferebant, quibus reſpondit ſe malle imperare locupletibus quam locuples fieri, & qui acie vinci non potuiſſet cum pecunia corrumpi non poſſe. Hunc omnium primum de Sabinis triumphaſſe Author eſt Livius. Idem etiam Pyrrhum Epirotarum Regem acie victum Italia expulit, populoque viritim quaterna agri Jugera diviſit, ſibique nihilo plus ſervavit; Dicens, NEMINEM ESSE DEBERE DUCEM, CUI NON TANTUM QUANTUM MILITI SUFFICERET. Reverſus in concione ait, Tantum

tum agrorum cepi ut ſolitudo fuerit futura, niſi tantum hominum cepiſſem; tantum hominum porro cepi, ut fame eſſent perituri, niſi tantum agri cepiſſem. Poſtremo de Lucanis ovans Urbem intravit.

Subtus hoc Tetraſticon ſcriptum eſt:

OP BURGERMEESTERS WACHT, MACH ROMEN VEYLIG SLAPEN,
ALS MARKUS KURIUS HET AANGEBODEN GOUT
VERSMADE, ZICH VERNOEGT MET EEN GERECHT VAN RAPEN;
ZOO WORDT DOOR MATIGHEYDT EN DEUGDE STADT GEBOWT.

Latine ſic.

DUM VIGILAT CONSUL RECUBANT IN PACE QUIRITES,
CURIUS OBLATUM MARCUS DUM TEMPSERIT AURUM,
ILLE DAPES RAPIS ET LAUTA CUPEDIA GUSTANS,
CRESCIT IN IMMENSUM SIC URBS VIRTUTIBUS ISTIS.

IN EADEM CAMERA LEGENDVM EST CARMEN HOC CONSTANTINI HUYGENS, CONTINENS VOTUM FÆLICITATIS NOBILISS. D. D. MAGISTRAT. HVJVS VRBIS INCLYTISSIMÆ.

GELUCK
AAN DE E. E. HEEREN
REGEERDERS
VAN
AMSTELREDAM,
IN HAAR
NIEUWE RAADTHUYS.

DOORLUCHTE STICHTEREN VAN 'S WERELTS
ACHTSTE WONDER,
VAN ZOO VEEL STEENS OM HOOGH, OP ZOO
VEEL HOUTS VAN ONDER,
VAN ZOO VEEL KOSTELIJCKS, ZOO KONSTE-
LIJK VERWROCHT.
VAN ZOO VEEL HEERLICKHEYTS; TOT ZOO
VEEL NUTS GEBROCHT.
GODT, DIE U MACHT EN PRACHT, MET REDEN
GAF TE VOEGEN,
GODT GEEF U IN 'T GEBOUW, MET REDEN
EN GENOEGEN,
TE TOONEN WIE GHY ZIJT; EN, DAAR IK 'T
AL INSLUYT,
HEYL ZY DAAR EEUWIG IN, EN ONHEYL EEU-
WIG UYT.
IS 'T OOCK ZOO VOOR GESCHIKT, DAT DESE
MARM'RE MUUREN.
DES AARDTRIJCKS UYTERSTE NIET HEBBEN
TE VERDUUREN,

EN WERDT HET NOODIG DAT HET NEGENDE
VERSCHIJN,
OM 'T ACHTSTE WONDER WERKS NAKOME-
LING TE ZIJN,
GODT, UWER VAD'REN GODT, GODT UWER
KINDEREN VADER,
GODT, ZOO NA BY U, ZY DIE KIND'REN ZOO
VEEL NADER;
DAT HARE WELVAERT NOCHEEN HUYSBOUW
EN BEZIT.
DAAR BY DIT NIEUWE STA, ALS 'T OUDE
STONDT BY DIT.

CONSTANTER;

Latine Sic.

VOTUM EUDÆMONISTICUM
NOB. D. D. MAGISTRAT.
AMSTELODAMENSIBUS
IN SUA
NOVA CURIA.

ILLUSTRES PATRIÆ PATRES, QUI CONDITIS
ORBIS
OCTAVUM MIRUM, TANTÆ FUNDAMINA MO-
LIS
QUI SUPER IMMENSIS STRUXISTIS IN ORDINE
PALIS, TAN-

TANTAQUE SAXA SUPRA; SUMPTUS DUM VINCITUR ARTE.
GLORIA NULLA DEEST, CERTAT TAMEN UTILE PULCHRO.
QUI VOBIS RATIONE DEDIT CONJUNGERE POMPAM
VIRIBUS, HOC STRUCTO FIXA REQUIESCERE MENTE
DET VOBIS, ETIAM QUANTI MONSTRARE REGENTES
CUM RATIOME ESTIS; QUO CURIA VESTRA SALUTEM
IUGITER INCLUDAT, VALEATQUE EXCLUDERE NOXAM.
SIQUE SIT IN FATIS, MOLEM SUBVERTERE TANTAM
MARMORIS, ET NONUM TANDEM SUCCEDERE MIRUM,
ILLE DEUS VESTRÆ PROLIS PATER, ILLE PARENTUM
VESTRORUM, VOBIS ADEO DEUS ILLE PROPINQUUS,
SIT PROPIOR VESTRIS, FAXIT SUCCEDERE CUNCTA;
SPLENDIDA QUA SURGAT MULTOQUE PERENNIOR ÆDES,
HANC NOSTRAM SUPERANS VETUS UT, SUPERATUR AB ILLA.

CONSTANTER.

IN CAMERA SENATUS

IN BOREALI PARTE SUPRA CAMINUM DEPICTUS EST SALOMON SACRIFICANS ET A DEO SAPIENTIAM PETENS.

INFRA SUNT HÆC CARMINA:

DAER SALOMONS GEBIEDT EN OFFER
GODT BEHAGEN,
WORDT HEM DE WIJSHEYT 'S NACHTS
BELOOFT UYT 'S HEMELS TROON,
MET EENEN RYCKDOM, EER EN WEL
GEWENSTE DAGEN.
WAAR WIJSHEYT RADEN MACH, DAAR
SPANT DE STAAT DE KROON.

Latine Sic.

GRATA DEO SOLOMONIS ERANT OBLATA PRECESQUE,
HINC ILLI PROMISSA FUIT SAPIENTIA PRÆSTANS,
GLORIA, CUMQUE OPIBUS LONGÆVA COADDITA VITA.
QUAM RATIO DUCTAT TENET HÆC RESPUBLICA PRIMAS.

IN CAMERA QUÆSTORUM ORDINARIORUM.

Depictus est Joseph cum undecim suis Fratribus, qui se excusant de vasis argenteis in saccis suis Frumentariis absconditis, ipsis haudquaquam conscius.

INFERIUS SUNT HÆC CARMINA:

GEHEEL EGYPTEN BRENGT DEN RIJKS-VOOGT SCHAT EN HAVE,
EN LEEFT NU ZEVEN JAAR BY 'T UYTGEREYKTE GAVE.
HET VRYE VOLCK DOOR NOOT WORDT KONINGS EYGE SLAVEN.
EEN MANS VOORZICHTIGHEYT KAN DUYZENDEN VERZADEN.

Latine Sic.

TOTA SUAS ÆGYPTUS OPES FUNDUMQUE REGENTI
VENDIDIT, ET PRETIO PER SEPTEM PASCITUR ANNOS.
INGENUUM POPULUM REGI SUBJECIT EGESTAS.
MYRIADES SATIARE POTEST QUI PRÆVIDET UNUS.

IN EADEM CAMERA.

Supra portam pendet pictura, in qua ex funiculis aliquot chartæ & literæ pendent,

dent, ubi multorum manus a Brisæo tam bene imitatæ sunt ut stuporem incutiant videnti.

Cum D. Ordines chartam gallicam hic inferri vetuissent eleganter lusit Vondelius.

MEN RIEP DE DRUK-KONST EN DE SCHRYF-KONST SAL VERWILD'REN,
NU HOLLANDT ONS VERBIEDT 'T GEBRUYK VAN FRANSCH PAPIER,
ONTSLA U VAN DIE ZORG, SPRAK AMSTELS TRE ZORIER,
BRIZEE BESTELT PAPIER, ALS HY ZICH ZET TOT SCHILD'RFN.
BEZIE DAT TAFEREEL, WAT ZIET GHY DAAR OM HOOG?
PAPIEREN, BUL EN BRIEF: OF SCHIJN BEDRIEGT HET OOG.

Latine Sic.

CALLIGRAPHUS NOBIS DEERITQUE TYPOGRAPHUS UNA
RUMOR ERAT TUNC CUM VETITA EST HIC GALLICA CHARTA,
AMSTELODAMENSIS QUÆSTOR CUI REPLICAT: ISTA
NE COQUITOR CURA, BRISÆUS SUPPEDITABIT
(QUI TIBI SINCERAM POSSIT DEPINGERE) CHARTAM;

AS-

ASPICE SUSPENSAM TABULAM CHARTASQUE SIGILLA,
NUM VISUS FALLIT? DIC: AN SINT OMNIA VERA?

SCHEPENS KAMER.

In hac Camera, Carmen encomiasticum de Marmoreo Tribunali Amstelredamensi in tabula suspensum est, Cujus Introitus Duabus valvis æreis, Cancellatis (sed admodum Ponderosis) Clauditur; sunt enim undecim pedes altæ, sex latæ, super quas legitur versus Virgilij, quo Theseum (in Inferno Rupi candenti insidentem ob gravia sua peccata) inducit, Thessalos e rapto viventes Hortantem (suo exemplo) ad resipiscentiam tempestivam, vitæ emendationem, & Numinis Reverentiam, his verbis:

DISCITE IUSTITIAM MONITI ET NON
TEMNERE DIVOS.

DE MARMORE VIERSCHARE VAN AMSTERDAM,

HIER WOONT RECHTVEERDIGHEYT,
DAT GONST EN HAET STAE BUYTEN,
DE WAERHEYT, WYSHEYT. RECHT EN REEN, DEES
VIERSCHAER SLUYTEN;

DAER MEN DE SCHULDT GEEN STRAF, NOCH ONSCHULT RECHT ONTSEIT.
MEN HOORT NA GEEN GEWEEN,
MEN WEET VAN GEEN VERSCHOONEN,
DE VADER STRAFT OP 'T STRENGHST DE MISDAAD IN SIJN ZOONEN;
NIET SONDER REDEN IS 'T HIER AL VAN MARM'RE STEEN;
JAE TOT DE RECHTERS TOE.
HIER SITTEN STEENE VADERS,
DIE SOO HAER KIND'REN OOCK VERAERDEN TOT VERRADERS,
GEBRUYCKTEN ALZOO WEL ALS BRUTUS BIJL EN ROE.
NIET DAT MEN NEYCHT TOT STRAF,
MAER EERDER TOT MEDOOGEN.
HIER SITTEN VADERS DIE OOK MET HAER EYGEN OOGEN,
WAER 'T RECHT, DAAR MEE GEPAEYT DE MISDAED KOSTEN AF.
DE WIJST VAN DAVIDS STAM
IN WIT ALBAST GESNEDEN,
DOOR NEGEN SCHEPENEN HIER RECHT DOET TOT OP HEDEN.
SOO WERT RECHTVEERDIGHEYT GEVIERT IN AMSTERDAM.

Latine Sic.

TRIBUNAL MARMOREUM AMSTELREDAMI.

HIC DIVA GAUDENS INCOLIT ÆQUITAS,
EXCLUSA DUM PLANGUNT ODIUM ET FAVOR.
CINGUNT AT HOC RECTUMQUE VERUM,
ET SAPIENS RATIO TRIBUNAL.

HINC

HINC, CULPA NUNQUAM LIBERA SOLVITUR:
HINC, INNOCENS HAUD SUPPLICIO DATUR,
HAUD ADMOVENT AUREM QUERELÆ
HIC, NEQUE DILUITUR REATUS.
HIC, FILIUM PUNIT PATER OPTIMUS
OB CRIMEN EJUS, NEC MINIMUM FAVET.
HINC, CUNCTA RITE SCULPTA CERNIS
MARMORE, IUDICIBUS NE ADEMPTIS.
HAC SEDE CERNAS MARMOREOS PATRES,
QUI PRODITORES PLECTERE FILIOS,
VIRGA ET SECURI SUNT PARATI
(BRUTUS UT IPSE) FERIRE SEMPER.
NON QUOD SIT ILLIS GRATA SEVERITAS,
QUEIS DULCIS ADSIT PECTORE LENITAS,
QUI (LEGE SALVA) PROLIS ERGO
LUMINA PONERE CARA VELLENT.
REX ANTECELLENS IN SAPIENTIA
CUNCTIS ABORTIS STEMMATE DAVIDIS,
IN MARMORE ALBO SCULPTUS, USQUE,
JUSTITIAM POPULO MINISTRAT
PER JUDICES INFLEXIBILES NOVEM,
TOT NEMPE MOS ASCRIBERE JUDICES
AMSTELREDAMI, QUI QUOTANNIS
JURA SOLENT MODERARE SANCTA.

FINIS COLLECTIONUM HOLLANDICARUM.

HARLINGÆ FRISIORUM.

Hollandia Jam relicta, tendimus Frisiam, & Navigio vecti Flevum Tranantes præcipuum ejus portum Harlingam appellimus: urbem, ædificiorum Nitela, Mercatura, Opibus, & munitione sua spectabilem; ubi etiam nunc Concilium Archithalassiar. Pro Frisia Groninga & Omlandia tenetur.

In Templo Hujus Urbis primario, DUO FORTISSIMI FRISIORUM ARCHITHALASSI ET OMNIBUS NUMERIS MERITISSIMI, CONDITI SUNT, quorum Insignia ibidem suspenduntur, cum Nominibus eorum & Tempore obitus; nullam autem preterea Inscriptionem de ijs Viderem, etiamsi templum industriè Perquirens. Uterque in Prælio contra Anglos confossus fato suo Cessit.

AUGUSTUS STELLINGWERF
LUYTENANT ADMIRAEL VAN VRIESLAND.

OBYT

OBIJT DEN 3. JUNY
Ao. 1665.

TIERCK HYDDES
DE ADMIRAEL DE VRIES.
OBYT 27. JULY
1666.

In eodem Templo, Epitaphia Duorum Paſtorum Rev. latine conſcripta legenda ſunt.

CONDITUS EST HIC
PHILIPPUS DANIELIS F.
EILSBEMIJ.
THEOLOGUS ORTHODOXE DOCTUS,
CONCIONATOR JUDICIOSUS
DISERTUS:
QUI
POSTEAQUAM ANNOS 31. ET
MENSES 8. VIXISSET,
ET ANNOS 26. ECLESIAM HARLINGANAM
FIDELISSIME ET VIGILANTISSIME
INSTRUXISSET,
PLACIDISSIME IN DOMINO MORTUUS EST,
ANNO REPARATÆ SALUTIS
CIↃ.

CIↃ. IↃC. XXXVI.

DIE 12. DECEMB.

LÆTAM EXPECTANS BEATORUM

RESURRECTIONEM.

ANNO 1636. DE 12. AUGUST.

STERF

DE EERW. EN WELGELEERDEN,

REGNERUS BOGERMAN,

DIENAAR DES H. EVANGELIE

IN DESE STADT.

OUT 54 JAER, EN IS HIER BEGRAVEN.

Latine Sic.

ANNO 1636. 12. AUGUST.

ANIMAM DEO REDDIDIT

REVERENDISS. ET DOCTISSIMUS,

REGNERUS BOGERMAN,

MINISTER Sti. EVANGELIJ

IN HAC URBE.

VIXIT ANN. 54. ET HIC SEPULTUS EST.

PRO-

PROSOPOPÆIA.

UCENTEM ME NOVIT OVES ECCLESIA CHRISTI
CUM TRAHERE ERRANTEM PASTOR AB HOSTE
GREGEM,
ARLINGANA SION ME PRÆDICANTE SALUTEM,
FLORUIT IN VERA JUSTIFICANTE FIDE.
IC CUBO CÆLESTES DUM ME REVOCABIS AD ARCES
CHRISTE, SALUTIFERI IUDICIS ORA FERENS.

FRANEKERÆ.

Ab Harlinga navi Tractitiâ Franekeam vehimur, ſeſquihoræ (præter propter) ſpacio ab Harlinga Diſtantem.

Urbs hæc, licet opibus, Mercaturâ, & amplitudine, multis alijs haud æquiparanda ſit, Libertatis tamen, Religionis Reformatæ, etiam & literarum Gloriâ, paucis ſi forſan ullis cedit. Eſt ea dilectiſſima Muſarum ſedes, (ubi Athenæum Publicum inſtitutum eſt Auſpicijs Illuſtr. Ord. Friſiæ A°. 1585.) quæque plurimos aluit Profeſſores in omnibus facultatibus eminentiſſimos, & hucuſque alit.

In-

Inscriptio Portæ Harlinganæ, ibidem hæc est.

URBS HÆC EST CHRISTO, PACI MUSISQUE SACRATA.
ERGO BONOS TANTUM, NON AMAT ILLA MALOS.

Inscriptio Fori Franekerensis.

UT JUSTO ET ÆQUO IN HAC CIVITATE PUBLICUM MANERET FORUM, DEJECTO VETERI RUINOSO, NOVUM HOC OPUS RESPUB. FRANEKERENSIS EXSTRUXIT, CONSULIB. ET PRUDENTISS. ET INTEGERR. SPECTABILI VIRTUTE VIRIS, EPIO JACOBI JUCKEMA GILBERTO FRANCISCI ENS, ETIAM QUÆSTOR. TARAUNIMO RUERDI BANTS, TACONE SIBRANDI BOETIO FUNGERI ET JOANNE CORNELII SECRETARIO; HONESTO VIRO PAULO GULIELMI CHEMMENICTI ETIAM NOTARIO PUBLICO: JACTO FUNDAMENTO JUNY DIE XXIII. ANNO NOVISSIMI TEMPORIS M. D. XCI.

In Templo Magno hujus urbis, PERMULTI PRÆCLARI ET NOBILES VIRI TUMULATI SUNT, QUORUM MONUMENTA IBIDEM SUNT VIDENDA CUM EGREGIJS EPITAPHIJS, quæ ipse memoriæ optimorum Virorum Cultor Sincerus, tan-

tanquam Thesaurum Preciosiss. in itinera-tione mea Repertum abduxi; & tibi Candide lector (acceptiss. Sperans) exhibeo, cum alijs quibusdam æque Dignis, e templo Academico transcriptis.

D. O. M. S.

CLARISSIMO,
ET UNDEQUAQUE LAUDATISSIMO
VIRO,
D. BERNHARDO SCHOTANO,
FRISIO,
RELIGIOSISS. J. C.
PRIMI ET PRIMARIJ IN ACADEMIA
FRANEKERANA ANTECESSORIS,
D. HENRICI SCHOTANI P. M.
FILIO;
ICto. SUI TEMPORIS CELEBERRIMO,
ET MATHEMATICO INSIGNI,
PRIMUM IN SUPREMA FRIS. CURIA
ADVOCATO SOLERTISS. PER ANN. III.
POST IN ACADEM. PATRIA FRANEKERANA
JURIS PER ANN. X.
EXINDE IN ULTRAJECTINA
JURIS ET MATHESEOS PER ANN. V.
AD EXTREMUM IN LUGDUNO BATAVA JURIS PER
ANN. II.
PROFESSORI PRIMARIO;

IN ILLA BIS, IN ISTA A CUNABULIS ACAD.
PER QUINQUENNIUM,
IN HAC SEMEL
RECTORI MAGNIFICO
CONSILIARIO PERPETUO,
QUONDAM
CIVITATIS PATRIÆ SYNDICO;
REI PUPILLARIS ADMINISTRATORI,
IN ECLESIA TUM PATRIA TUM BATAVA
SENIORI GRAVISSIMO,
DE IUVENTUTE STUDIJSQUE PUBLICIS
QUA LUCUBRATIONIBUS, QUA UNA
VOCE,
PRÆCLARE MERITO,
VIRO CUM PRIMIS
HUMANITATE PROMPTISQUE OFFICIJS
NULLI NON DOMI FORISQUE GRATO,
NEMINI MOLESTO;
POSTQUAM PERPETUIS VIGILIJS
ET LABORIBUS, TANDEM ET
NEPHRITICIS DOLORIB. EMACERATUS,
PIE PLACIDEQUE EXSPIRASSET
LUGDUNI BAT. A°. M. DC. LII.
OCTOB. V. ÆTAT SUÆ LIV.
HOC MONUMENTUM P.P.
MÆSTISS. SUPERSTITES
VIDUA ET
FILIUS.

D. O. M.

D. O. M.

S.

ET

ÆT. MEMORIÆ

NOBILISSIMI REVERENDI
ET CLARISSIMI VIRI,
D. JOHANNIS MACCOVIJ SS. THEOL. D.
ET PROFESS. PER ANNOS XXLIX.
IN HAC ACAD.

QUÆ DEDERAT LASCO PATRIAM CUNASQUE PRIORES
DOCTORUM INGENIJS INCLYTA SARMATIÆ
HÆC EADEM ÆTHEREO PERFUDIT LUMINE CIVEM,
FECIT ET AUGUSTE VERBA LATINA LOQUI,
SACRAQUE DISCENTI MYSTERIA PANDERE TURBÆ,
ET QUICQUID VETERES EDOCUERE SOPHI.
DESINE TAM CLARUM PLORARE POLONIA CIVEM,
ILLE TIBI FAMAM DEBUIT, ILLE SIBI.

OBYT Ao. 1644. 24. JUNY. ÆTAT. 56.

PIERIUS WINSEMIUS.

Ibid.

IN OBITUM
NOBILISS. SPECTATISS.
CLARISS. CONSULTISS. ET ACUTISS.

VIRI
D. ARNOLDI VERHEL.
L. U. D. L. A. M.
PHILOSOPH. PROFESS. PRIMAR.
IN ACADEM. FRANEKQ. ANNOS 47.
NATI AMISFORTIS 1580. ET DENATI
QUARTO RECTORIS MAGNIF. Ao. 1664.

CESSISTI TANDEM FATIS GRANDÆVE VERHELLI,
VITAM CHRISTO CUI DICAVERAS REDDIS.
GRÆCIA NESTOREOS EXTOLLAT LAUDIBUS ANNOS,
PRUDENTIAMQUE PRÆDICET SENECTUTIS;
NESTOREUM PROPE CUM SPATIUM TUA VIDERIT ÆTAS
VIRTUTE EAM PRUDENTIAQUE VICISTI.
SI QUA FIDES PIETASQUE FUIT, SI CANDOR IN ORBE,
PARS MAGNA TECUM CONDITA EST SEPULTURA.

COLLEGÆ VENERABILIS MEMORIÆ
P. U. DUBER.

Super saxo ejus Sepulchrali.

Ao. 1659. STERF JOFFROUW REINCKE GRAVIUS,
SIJN HUYSVROUW;
OUT 54. JAEREN
ENDE LEYT HIER BEGRAVEN.

Ao. 1659. OBIJT DOMINA REINCKE GRAVIUS,
EJUS UXOR;
VIXIT 54. ANNOS
ET JACET HIC SEPULTA.

IN TUMULUM INCOMPARABILIS PHILOSOPHI
D. ARNOLDI VERHEL.
CONDITUR HAC PARVA MAGNUS VERHELLIUS URNA IN-

INGENIUM TANTI NON HABET URNA VIRI,
QUO SOPHIÆ DOCTOR PER SEROS CLARUIT ANNOS,
ÆTERNASQUE SIBI CONCILIAVIT OPES.

H. NEUHUSIUS.

Ibid.

D. O. M. S.
ET ÆTERNÆ MEMORIÆ
ILLUST. ET GENER. V.
GODTLOBI BERGKA,
L. BAR. IN DAUB. ET LEIP.
QUI RUDOLPH. ET MATH. IMPP.
REGN. BOHEM. MAX. NEG.
MUNIJSQUE ADMOT.
POST SERENISS. FRÆDER.
REGE EJUSD. REGN.
OPTUM. SUFFRAG. IN BURGRAV. ELECT.
ITA URGENTE REGN. FAT.
PRID. KAL. NOV. Ao. CIↃ. IↃC. XXIX. IPSO
VITÆ ET ÆTERN. NATALI,
IN EXIL. MORTAL. IMPL.
CORP. TERR. MENT. CÆL. REDD.
UXOR MÆR. H. MONUM.
MARITO Q. OPT. DESIDERATISS. P C.

HIC JACET ILLUSTRI BOIORUM SANGVINE CRETVS,
BERGKANÆ GENTIS TOT MODO CLARVS AVIS.
NON SEMEL VRGENTIS PROTRACTVS IN ARDVA REGNI,
LVBRICA SI QVANDO POSCERET AVLA VIRVM,
CÆSARIBVS LAVDATA FIDES, POST CREDITA REGI,
SVSTINVIT PATRIÆ GRANDE CADENTIS ONVS.
BVRGRAVIUM REGNO STATVIT; MOX REGE CA-
DVCO,

EXILIO COMITEM SORS TRUCULENTA DEDIT.
QUÆ LICET HUNC PATRIO PRIVARIT SCÆVA SEPULCHRO
NEC MAUSOLEIS SIVERIT OSSA SUIS.
IRASCENS FORTUNA TEGI, TAMEN HOSPITA MUSIS
TEMPLA VIRI CINERES NOSTRA LYCEA TENENT.
MENS SUMMO TRANSCRIPTA POLO QUÆ NESCIA RERUM,
ATQUE ACTI IN TERRIS IMMEMOR EXILIJ,
REGNA VIDET NULLOS FATI METUENTIA LUDOS,
JURA TRIUMPHATÆ SUBDITA MORTIS HABENS.
ITE MALÆ SORTES, FLUXI LUDIBRIA MUNDI,
EXILIUM PATRIÆ REDDIDIT ILLÆ SUÆ.

P. WINSEMIUS FRIS. HIST.

Ibid.

D. O. M. S.

ET

ÆTERNÆ MEMORIÆ

ILLUSTRISS. ET GENEROSÆ DNÆ.
DNÆ. MAGDALENÆ KATHARINÆ
SLAWATÆ,
BARONISSÆ IN LHOM ET ROSCHENBERG
GODTLOBIJ BERGKÆ
LIB. IN DAUB. ET LEIPPA.
SUPREMI QUONDAM

REGNI

REGNI BOHEMICI BURGRAVIJ VIDUÆ
PIE AC PLACIDE POSTQUAM 46. ÆTAT.
ANNUM NUMERAVIT,
ANIMAM CREATORI DIE 4to FEBR.
STYLO ANTIQUO REDDENTIS
FRANEKERÆ IN EXILIO.
ANNO. 1634.

Ibid.

MEMORIÆ ÆTERNÆ
D. NICOLAI ARNOLDI
LESNA POLONI.
SS. THEOL. DOCT. ET PROFESSORIS
IN ACADEMIA FRANEQUERANA
PER ANN. 30.
BENE MERITI
PIE DEFUNCTI
15 OCTOB. 1680. ÆTAT. LXII.

FRISIA SIS MEMOR ANOLDI QUI OSTENDIT ATHENIS
CHRISTUM, QUEM SCRIPTIS POST SUA FATA DOCET.
QUIS FUERIT CONSTAT, LACHRYMIS AGNOSCITUR VRBIS;
FRATER AMORE PIO, SORTIS HONORE PATER.
DOCTRINÆ MELIORIS AMANS, PIETASQUE SUISTO
RELIGIOQUE DEU VINDICE TUTA STETIT:

HÆC AIT AVT CONSTANS HAC CVM PIETATE MORABOR,
AVT MIHI JAM NVLLVS RESTAT IN ORBE LOCVS.

MÆSTVS POSVIT COLLEGA M.
BVSCHIVS. P. P.

Ibid.

REVERENDUS VIR
D. HENRICUS ANTONIDES NERD.
SS. THEOL. DOCT.
EJUSDEMQUE IN ACAD. FRAN. PROF.
CUM HIC SUAS COLLOCAT EXUVIAS
ANNO SAL. 1614. ÆTAT. 69.
PROF. 29. APR. 20.
DEO ANIMAM OFFERT
AMICIS NOMEN.

HIC JACET ANTONIDES, HIC MUSÆ, HIC PAXQUE DECUSQUE,
HIC COLUMEN NOSTRÆ DELITIUMQUE SCHOLÆ.
QUID? CUBAT ILLE, JACENT ISTÆC; MORS UNA QUIETEM
HUIC PROMPSIT, MVLTIS EXITIUMQUE ALIJS.
PRIVATUM NON ERGO MALUM PLORATE, SEPULCHRUM
FATI EST COMMUNIS, PUBLICA NOXA BONI.

Ibid.

Ao. 1625. DEN X. JAN. STERF D'HOOG-GELEERDE Dr. SIBRAND LUBBERT. DER H. SCHRIJF PROFESS. PRIMAR. ÆTAT. 69. PROF. 40.
Ao. 1625. DE 8. MAY STERF D'EERBARE SEER DEUCHTSAME TRUICKEN VAN OOSTER-ZEE SIJN HUISVROUW, OUT 74. JAER.

Latine Sic.

Ao. 1625. JANUAR. X. OBYT ERUDITISS. Dr. SIBRANDUS LUBBERTUS SACRÆ SCRIPTURÆ PROFESSOR PRIMARIUS ÆTAT 69. PROFESS. 40.
Ao. 1625. 8. MAY OBYT NOBILIS ET VIRTUTE MULTA PRÆDITA TRUICKEN VAN OOSTERZEE UXOR EJUS, 74. ANNOS NATA.

LUBBERTUS NOSTRI QUI LUX COLUMENQUE LYCEI
LVSTRA PER OCTO FUIT, CLAUDITUR HOC LAPIDE;
CLAUDITUR, AST TANTUM CORPUS MORTALE, PERENNAT
FAMA VIRI, VIVIT MENS PIA JUNCTA DEO.

Ibid.

1598. D. 8. MARTY STERF DE EDELEN EN ERENTVESTE RIENCK VAN CAMINCA.

1598. D. 8. MARTIJ OBIJT NOBILIS ET GENEROSUS RIENCK VAN CAMINCA.

QUIS CUBET HIC SI FORTE ROGAS UNO ACCIPE VERBO,
ET CUI TUTA FIDES, NOBILIS ILLE FUIT.
INDOLE PRÆCLARA, MAGNO DE STEMMATE, SED QUÆ
RARÆ VIRTUTES UNDIQUE CONDECORANT,
IN DOMINUM SINCERUS AMOR, CUSTODIA RECTI,
IN PATRIAM ET PRESSOS PRÆSTITA SPONTE FIDES.

Ibid.

EPO. JUCKEMA
CONSUL FRANEKERENSIS,
SUMMIS IN REPUB. HONORIB. FUNCTUS
OBIJT 5 KAL. JAN. 1619.
LOLLIA FEDDINGA CONJUX,
VII. KAL. AUG. Ao. 1613.

MORIENDO VIVIMUS.

CONDITUS HEIC EPO. JUCKEMA SUM CUM LOLLIA EODEM
VIXIMUS ANTE THORO CLAUDIMUR IN TUMULO.
CLAUDIMUR, IMO SOLUTI, ET CUM CHRISTO SUMUS, IPSE
INTERITUS NOBIS LÆTIOR INTROITVS.
MORTVA MORS, LETVM DELETVM EST, COMMORIENTES
VIVIMVS IN CHRISTO. MORTVA TVRBA VALE.

Ibid.

INT JAER M. Vc. LXXXVII. DE XII. JANU. STERF DEN EEDELEN EERENTFESTEN HERO VAN OCKINGHAM.

INT JAER M. Vc. LXIII. DE XXIX. JUNY. STERF DE EEDELEN ANNA DEKEMA HERO VAN OCKINGHAMS WIJF.

ANNO M. Vc. LXXXVII. JANUAR. XII OBIJT NOB. ET GENEROSUS HERO VAN OCKINGHAM.

ANNO M. Vc. LXIII. 29. JUNIJ OBIJT NOBILIS ANNA DEKEMA UXOR EJUS.

MVNDE IMMVNDE VALE TVA LVBRICA DONA FACESSANT,
QVÆ DAS, MOMENTO MORS INOPINA RAPIT.
EN MODO NON VNO QVÆ NOMINE DICTA BEATA EST,
NVNC SAXO TEGITUR PVLVIS ET VMBRA LEVIS.

Ibid.

INT JAER ONSES HEER
M. Vc. XCII. DE 9 FEBRUARY
STERF DE EEDELE ERENTFESTE JONCKER
ANTONIS VAN EGMOMDT VAN MERESTEIN.
Ao. 1603 DE 30. AUG.
STERF DE EEDELE EERBARE JUFFROUW.
MARGARETA VAN BUTNAU SYN WIJF.

Latine Sic.

ANNO DOMINI
M. D. XCII. IX. FEBRUARY
OBIJT NOBILIS REVERENDUS DOMINUS
ANTONIUS ABEGMONT A MERESTEIN.
Ao. 1603. 30. AUG.
OB. NOBILIS HONESTA MATRONA
MARGARETA A BUTNAU EJUS UXOR.

QUID CEDO NOBILITAS, QVID OPES NISI FVMVS ET VMBRA?
AT PIETAS VERVM EST PERPETVVMQVE BONVM.
QVI SITVS HIC, HABVIT EA JVNCTA, RELICTVS AB ISTIS,
HVJVS, IN ÆTHEREA PRÆMIA SEDE TENET.

Ibid.

Ao. 1623. DE 21. IUNY
STERF DE WELGELEERDE JACOB
RODRIGIUS DE BECKER.
Ao. 1623. 21. IUNY
OBYT DOCTISSIMUS
JACOB RODRIGIUS DE BECKER.

HIC JACET HEV! QVONDAM CVLTOR RODRIGIVS ACER
VIRTVTIS ET SCIENTIÆ,
HARLEMVM GENVIT, MVSIS THEMIDIQVE SACRATVM
HVC LEYDA TRANSMISIT VIRVM:

AST

AST ABIJT REVOCANTE DEO, FRVITVRQVE BEATO
NVNC MENS PERENNI GAVDIO.

Ibid.

D. O. M.

ET

ÆTERNÆ MEMORIÆ,

JOHANNIS M. STEINBERGII,
SACRARUM LITERARUM
MAGNI PROFESSORIS,
CUJUS
QUOD CLAUDI POTUIT
HEIC JACET.
SOPHIA POSTHIA
CONJUGIS CHARISSIMI
FAMÆ ORBI NOTÆ,
VIRTUTI CÆLO RECEPTÆ,
F. C.
OBIJT Aº. M. DC. LXX.
XXV. NOVEMBRIS
ÆTATIS XLV.

Ibid.

MONUMENTUM SEPULCHRALE,
VIRO INCOMPARABILI
D. JOHANNI JACOBO WISSENBACH NASSOVIO
J. U. D. ET PROFESSORI
PER XXIV ANNOS IN FRISIORUM ACAD,
CELEBERRIMO,
1665. 16. FEB. DENATO,
A SECUNDA CONJUGE
RIXTIA DOMANS,
ERECTUM.

HOC SAXO TEGITUR TOTO CELEBERRIMUS ORBE
WISSENBACH, LEGUM GLORIA, JURIS HONOS,
INGENIO, ELOQUIO, CALAMO, VIRTUTE, SECUNDUS
NULLI, QUEM CATHEDRÆ, CURIA, TEMPLA, FORA,
INNUMERÆ GENTES, BELGÆ, GERMANIA, LUGENT,
FRISIA TUQUE VIRUM NON HABITURA PAREM.

P. MATTHÆUS.

Ibid.

Ao. 1607. DE 29. JANUARY
STERF DE EERSAME GELEERDE
Dr. THEODORIC MANTGU.
Ao. 1606. DE X. MARTY
STERF DE EDELE
TIAECKE EEWENS SYN WYF.

La-

Latine Sic.

Ao. 1607. 29. JANUARY OBYT REVERENDUS DOCTUS Dr. THEODORICUS MANTGU.
Ao. 1606. X. MARTIJ MORTUA EST NOBILIS TIAEKE EEWENS EJUS UXOR.

SUM TRIVIJ FRANEKERA TUI MODERATVS HABENAS
LVSTRA PER OCTO BONA DIMIDIVMQVE FIDE.
JAM RVDE DONATVS, CÆLIQVE RECEPTVS IN ALBVM,
LÆTVS AB ORE DEI PENDEO DISCIPVLVS.
H. A. N.

Ibid.

LAMBERTUS STACKMANS
CIVITATIS FRANEK.
DUM VIXIT
QUÆST. COSS. AD COMITT.
DELEGATUS ETC.
OBIJT POSTRID. KALEND. MART.
Ao. R. O. CIↃ. IↃC. XVII.
ÆTAT. LVI.

INFIDOS PROCERES ET VIM GRASSANTIS IBERI
ET PATRIÆ FUGIENS ASPERA FATA SUÆ,
HEIC PATRIAM IPSE SIBI PROPRIA VIRTUTE PATRAVIT.

HEIC

HEIC PRISCUM EXSERUIT NEC TAMEN OMNE
DECUS.
EXSULIS ET CIVIS PRÆCLARI ET MUNIA SUMMI
CONSPECTUS FUIT HEIC SUSTINUISSE GRADUS.
QUI MARTEM DOMUIT RABIDUM FORTEMQUE MALIGNAM,
EXILIO FÆLIX AN MISER ILLE MAGIS?
ÆMULUS EXEMPLI PATRIJ, SUCCESSOR HONORIS,
PARCIUS AD TUMULUM DEBUERIMNE LOQUI.

EVERGETIS A GEMMINICH,
VIRTUT. MATRONAL.
OMNIUM ET SIGILLATIM,

VIVUM (DUM FUIT) EXEMPLAR,
OBIJT XVII. KAL. DECEMB.
Ao. R. O. CIↃ. IↃC. XXXVI.
ÆTAT. LXXVI.

NIL TULIT HUMANUM MATRONA SANCTIUS ISTA,
QUÆ SANCTIS ÆTAS PROXUMA FLUXIT AVIS.
ÆTHERA QUIN MORIBUNDA SIBI SPECTARE PATENTEM,
AC TOLLI SURSUM EST VISA, DEOQUE FRUI.
HEIC ETIAM POST MULTA SUÆ DISCRIMINA GENTIS,
TRANQUILLAS HABUIT CUM GENITORE LAREIS;
NACTA VIRUM EX VOTO EST; NUM QUIS MIRATUR UT ILLOS
EXILIUM POTUIT JUNGERE? JUNXIT HYMEN.
UTQUE PIAS JUNGUNT LOCA NUNC SUBLIMIA MENTES
SIC DIVULSA PRIUS CORPORA JUNGIT HVMVS:

DE-

DESIDERATISSIMIS PARENTIBUS
PONEB. ΘΡΗΝΩΔΙΑΝ,
GULIELMUS STACKMANS,
DYNASTA RUIGEWARTIUS
ORD. FRIS. DEPUTÁT. ETC. *Ibid.*

Ao. 1657. DEN 27 JAN. STERF DEN HOOGH-GELEERDEN HEER BERNHARDUS FULLENIUS, IN SIJN LEVEN EERST HEBRÆÆ LINGUÆ, DAER NA MATHESEOS PROFESSOR IN DE UNIVERSITEIT TOT FRANEKER, OUT IN ZYN 55 JAER.

Ao. 1670. DEN 21. DECEMB. STERF DE EEDELEN EN DEUGHDRIJCKE JUFFROUW EBEL HINCKENA VAN HINCKENBORCH SIJN HUYSVROUW, OUT IN HAER 65 JAER, EN LEGGEN HIER BEGRAVEN.

Latine Sic.

Ao. 1657. 27. JANUARIJ
OBIJT DOCTISS. DOM.
BERNHARDUS FULLENIUS,
DUM VIVERET PROFESSOR
PRIMO HEBRÆÆ LINGUÆ
POSTEA MATHESEOS
IN ACAD. FRANEKERANA
NATUS ANNOS 55.

Ao. 1670. 21 DECEMBRIS
MORTUA EST NOBILIS ET MULTA
VIRTUTE PRÆDITA MATRONA,
EBEL HINCKENA AB HINCKENBORCH
EJUS UXOR, NATA ANNOS 65.
ET HIC JACENT SEPULTI.

CÆ-

CÆLESTES RIMATE PLAGAS, DOCTÆQUE MAGISTER
ARTIS IN ÆTHEREAS QUÆ RAPIT ANTE VIAS
QUAM MENS CORPOREIS COMPAGIBUS EDITA RUMPAT
ÆTHERA, SEQUE LOCET NOBILIORE POLO.
OPTIME FULLENI LATERI CONJUNCTE SODALIS,
NOS REPTAMUS HUMI, TE CAPIT AULA DEI;
COLLIGIMUR SENSIM TERRÆQUE EXCIDIMUS ORIS
EXILIUM TERRA EST PATRIA CHARA POLUS.

C. SCHOTANUS.

Ibid.

HEUS QUICUNQUE TERIS HÆC SACRI LIMINA TEMPLI,
SUSPICE PAULISPER VERBAQUE PAUCA LEGE,
SORTEM DISCE TUAM ET QUÆ TE QUOQUE FATA MANEBUNT,
OCIUS AUT SERO CORDE RECONDE TUO.
HOC SAXO TEGITUR PETREIUS ILLE TIARA
INGENS DOCTORUM PIERIDUMQUE DECUS.
WALDRIEHEM EI PATRIA EST FRISIORUM LITTORE CLARA,
QUÆQUE RUDIMENTIS NOBILITATA VIRI EST.
ARTIBUS HARLEMUM POST PLURIBUS IMBUIT, ATQUE
LINGUIS ORNAVIT VIM FACILEM INGENIJ.
INDE MACHAONIAM NATURA DUCTUS AD ARTEM,
LOVANIUM VIX DUM FACTUS EPHEBUS ADIT.
TANDEM PERGAMEO, COOQUE ALIJSQUE MAGISTRIS,
ARTIS HONOS CESSIT SUMMUS IN ITALIA.

HANC

HANC DEINCEPS TOTO COLUIT FÆLICITER ÆVO
MUSAMQUE GRAIAMQUE AUSONIAMQUE SIMUL·
SCILICET INSIGNIS MEDICUS SUMMUSQUE POETA
AUDIJT, ET LINGUA PHILOSOPHUS GEMINA.
LOVANIUM EXPERTUM EST DOCTOREM IPSUMQVE
DOACVM,
LVGDVNVM IN BATAVIS, FRANKERA PARVA
SVVM.
HÆC POSTQUAM CIVEM QUEM MULTOS FOVERAT
ANNOS
GRATE COMPLEXA EST ET SCHOLA DOCTA SE-
NEM,
GRANDÆVUM ET VITÆ SATVRVM MORS ABRVPIT
ATROX,
AGGREGAT ET CIVEM CIVIBUS INDE SUIS.
DISCITE TRIGEMINAS NON ULLI PARCERE PAR-
CAS,
NEC QUID IN HOC MAGNO STARE PERENNE
SOLO.
NAM PARITER DOCTOS RAPIT INDOCTOSQUE,
BONUMQUE
UNA FALCE VIRUM MORS METIT ATQUE MA-
LUM.

NATUS WALDRIEHEM
Ao. DNI. M. D. XIIII. JULY XV.
MORTVUS Ao. ULTIMI TEMPORIS.
M. D. LXXXVI. FEB. IX.
VIXIT ANNOS LXXII. MENSES VI. D. XXV.

DOMINICUS TIARA FRATER FRATRI CHARISS. ET
JOAN ARCERIUS THEOD. AMICUS AMICO, MÆSTI,
IN MEMORIAM ULTIMÆ RESURRECTIONIS
POSUERUNT.

Ibid.

D. S.

ET

MEMORIÆ

CLARISS. VIRI,
D. SEXTI ARCERIJ,
MEDICI EXPERIENTISS.
GRÆCARUM LITER. ET HIPPOCRAT.
PER 18. ANN. IN ACAD. FRISIORUM.
INTERPRETIS:
QUI
POSTQUAM CUM LAUDE SUUM ÆVUM
IN CÆLIBATU TRANSEGISSET,
VIXISSETQUE ANNOS 52. MENS. VII.
DIES XIX. LENTA TABE CORREPTUS
VIVERE DESIJT.
KAL. AUGUST. CIↃ. IↃC. XXIII.

FRATER PAULUS ET JAQUELINA SOROR
HOC MON. FRATRI DESIDERATISS.
MÆSTI POSUERUNT.

EFFERAT INGENIUM PRISCI NATURA LEPORIS,
MÆONIDEM LAUDET GRÆCIA CULTA SUUM.
SUAVISONOS TEIS MODULETUR ANACREON IGNES,
PYTHIA THEBANIS PINDARUS ORE TONET;
HOC UNO VETERES AGNOVIT FRISIA GRAIOS,
HOC UNO VOLUIT SUADA PELASGA LOQUI.

PATRIA

PATRIA DA VENIAM, MUTAVIT GRÆCIA SEDEM
ET LYRICI NOBIS JAM PERIERE SALES.

P. WINSEM.
HISTORIOGRAPH.

Ibid.

Ao. 1612. DE XI. MAY STERF DE HOOGHGELEERDE JOANNES FUNGERUS RECTOR DE SCHOLE IN FRANEKER.

Ao. 1620. DEN 25. NOVEMBER STERF DE EERBARE ENDE DEUCHTSAME LVDTS WIBES D. SIJN WIJF.

Ao. 1612. XI. MAY OBIJT DOCTISS. JOANNES FUNGERUS RECTOR SCHOLÆ FRANEKERANÆ.

Ao. 1620. 25. NOVEMBRIS MORTUA EST HONESTA PROBA LUDTS WIBES F. EJUS UXOR.

SI QUEM BEATUM VIVIDA PIETAS PRÆSTAT,
SI CUI LABORIS PRÆMIUM VIVI DEBENT.
DOCTRINA MAGNUM POSTERIS SI QUEM NARRAT,
FUNGERUS ILLE EST. CONDITUS HOC SAXO, LECTOR,
SCIENTIARUM NULLA PARS ISTUM FUGIT.
FLORET A CUNCTAR. DEFÆCARAT LINGUARUM
QUAS ILLE JUGI CURA, ET ARTIFICIS DEXTRÆ
DUCTU FLUENTA SACRO ÆVITERNA DEPRESSIT.

QUATVOR JUVENTÆ RECTOR VRBIBVS ELECTVS
HOC ILLE CVRSV REDDIDIT VITAM PATRI
FERVENTE QVEM DILEXIT ET FIDE ET ZELO;
BONIS AMICVS, IMPIORVM ODIVM ATQVE OSOR,
ÆGRIS MEDELA, EGENTIBVS SPES ET PORTVS,
ILLO QVIESCANT OMINE PER CRVCES QVOTQVOT
PIETAS, LABOR, DOCTRINA, SIC MACTANT CÆLO.

VV. P.

Ibid.

D. S.

ÆGIDIO RADÆO
ILLVST. ORD. FRISIÆ.
QVAM CELEBERRIMO TYPOGRAPHO,
AC DOCTISSIMO
VIRO GERARDO FOCCENIO
SVBRECTORI SCHOLÆ PVBLICÆ
GENERO EJVS DILECTO.

QVI POTVIT CVLTO DONARE CHARACTERE DOCTOS,
ET FAMAM ORNATIS CONCILIARE TYPIS,
VT VELVT IN SOLIDIS SPIRENT MONVMENTA COLVMNIS
ILLORVM QVOS MORS INVIDA DIV RAPVIT,
TANDEM ETIAM GENERO SOCIATVS, MARMORE DVRO
CLAVDITVR, ET NOMEN QVOD DEDIT IPSE TENET.
EVEXIT CÆLO PIETAS, QVID QVÆRIMVS VLTRÆ
HOC EST IN TERRIS VIVERE ET IN SVPERIS.

W. REVIUS P. C. P. WINSEMIVS.

Ibid.

HOC

HOC TUMULO CONDITUS EST
REVER. CL. VIR
D. JOHANNES CLOPPENBURGH,
SS. THEOL. Dr. ET PROFESSOR,
OLIM PASTOR AELBURGENSIS AB Ao. 1616.
HEUSDANUS AB Ao. 1618.
AMSTELRED. AB Ao. 1621.
BRIELANUS AB Ao. 1630.
S. THEOL. IN ACAD. HARDEROVICENA
PROFESS. ET V. D. MINISTER AB ANNO 1640.
ET POSTREMO,
S. THEOL. PROFESSOR, AC V. D. MIN.
ACADEMIÆ FRISIORUM FRANEKERANÆ,
AB Ao. 1644.
NATUS AMSTELRED. Ao. CIↃ. IↃ. XCII. XIII. MAY.
DENATUS FRANEKERÆ. Ao. CIↃ. IↃC. LII. 30. JULY.

HIER LEIT BEGRAVEN
DE DEUGTRIJKE GODTSALIGE MATROON
JUFFROUW ELIZABETH WESSELS,
WEDUWE VAN DEN HOOGHGELEERDEN
JOHANNES CLOPPENBURG,
IN ZIJN LEVEN THEOLOGIÆ PROFESS.
TOT FRANEKER.
GESTORVEN DEN .... OCTOBRIS 1657.
OUT ZIJNDE 57. JAEREN.

Latine Sic.

HIC JACET SEPULTA
MULTA VIRTUTE ET PIETATE PRÆDITA
MATRONA DOMINA ELISABETHA WESSELS,
VIDUA DOCTISSIMI DOMINI,
JOHANNIS CLOPPENBURG,
DUM VIVERET THEOLOGIÆ PROFESSORIS
FRANEKERÆ.
MORTUA OCTOBRIS 1657.
ANNOS NATA 57.

Ibid.

DEN 18. NOVEMB. 1640. IS GESTORVEN HENRICUS RHALA, DER BEYDEN RECHTEN DOCTOR, ENDE PROFESSOR INDE UNIVERSITEIT TOT FRANEKER. OUT 49 JAER.

DEN 3 DECEMB. 1665. IS GESTORVEN ANNA SIJN HUISVROUW OUT 62. JAER EN LEGGEN HIER BEGRAVEN.

Latine Sic.

Ao 1640. 18. NOVEMBRIS MORTUUS EST HENRICUS RHALA, JURIS UTRIUSQE DOCTOR

DOCTOR ET PROFESSOR IN ACAD. FRANEKERANA. NATUS ANNOS 49.

Ao. 1665. 3. DECEMBRIS MORTUA EST ANNA EJUS VXOR ANNOS NATA 62. ET JACENT HIC SEPULTI.

JURIS CONSULTI HIC HENRICI RHALA SEPULCHRUM EST.
INCOMPARABILIS VIRI,
JURIS QUI IN FRISIA, ET QUI PRÆSTANTISSIMUS OLIM
PROFESSOR ELOQUENTIÆ,
NOX PREMIT HUNC, AT FAMA VIRI POST FUNERA VIVIT
MAJORQUE POST CINERES VENIT.
P. P. J. R. S.

HOC SAXO CONTINENTUR OSSA
VIRI CLARISSIMI
GULIELMI CUP. J. V. Dris.
EJUSDEMQ. FACULTATIS DUM VIVERET
PROFESSORIS APUD FRISIOS PRIMARIJ;
NATI BOMMELIÆ,
DENATI FRANEQUERÆ.
XVI. JAN. 1669. ÆTAT. 63.
BEATAM RESURRECTIONEM
CUM FIDELIBUS EXSPECTANTIS
IN CHARISSIMI PATRIS SUI
MEMORIAM
MÆSTUS POSUIT FILIUS
VINANDUS CUP. J. V. Dr.

Ibid.

D. O. M.

S.

ET

ADRIANO METIO ALCMARIANO,
MED. DOCTO
ET MATHEMATICO CELEBERRIMO,
QUI CUM PER ANNOS XXXVIII.
EASDEM ARTES IN HAC ACAD.
CUM LAUDE DOCUISSET,
ACUTA FEBRE CORREPTUS, VIVERE DESIIT.

CORPUS TERRÆ,
FAMAM ORBI,
MENTEM CÆLO
REPOSVIT XVI.
KAL. OCT. ANNO
CIↃ. IↃC. XXXV.

VXOR MÆR. MARITO OPT. ET DESIDERATISS. PIET. TEST. C. H. MON.

P. C.

NOBILIS HIPPARCHOS SOLERTES GRÆCIA LAVDET
OBSCVRIS LVCEM REDDERE SYDERIBUS,
DOCTAQVE SE EXTOLLAT PTOLOMÆO NOMINE MEMPHIS,
ALPHONSVM TOTO VESPERE FAMA CANET,
ET PANDANT CÆLEBRES RERVM MIRACVLA TVSCI,
DANIA TYCHONIS FLOREAT INGENIO;
ILLVSTREM HOC VNO SE JACTAT FRISIA CIVE,
GAVDET ET ANTIQVIS BELGA TVLISSE PAREM.
QVID METI QVÆRIS TVMVLVM? QVÆCUNQUE NOTAVIT
VISIBUS, HÆC SEDI VENDICET ASTRA SUÆ.

Ibid.

VITA CIRCENSE CVRRICVLVM.

D. S.

ÆTERNÆ MEMORIÆ
CL. V. MENELAI WINSEMIJ
MED. ANAT. BOTAN.
PER ANNOS XXIII. PROFESS. CELEB.
FRATRIS UN. ET DESIDER. MÆST. P. C.

JACTET APOLLINEOS SUBTILIS GRÆCIA MYSTAS,
EXTOLLAT COOS PERGAMEOSQUE SENES,
ROMA SUUM GRAIJS COMPONAT LIBERA CELSUM,
ET SIBI BIS NATUM VENDICET HIPPOCRATEM,
HIC TIBI PERGAMEUM DONAVIT FRISIA CIVEM.
HIC DEDIT ET COIS TE QUOQUE POSSE LOQUI.
HIC TIBI ROMANI DETEXIT DOGMATA CELSI,
NOMEN UT E GRAIJS DUCERET ET LATIO.

PIERUS WINSEMIUS
ILLUSTR. ORD. HI-
STORIOGR. EL. ET
HISTOR. PROF.

Ibid.

TACHO A GLINS JURIS PROFESSOR,
ET MAGNIF. P. ACAD. RECTOR.
NATUS 3. JULY. 1619.
DENATUS 2. FEB. 1673.

GLINSIUS EXPLEVIT FATUM, CUI FRISIA PRISCA
SUPPEDITAT CLARUM NOBILITATE GENUS.
QUEM COMES NINC VIRTUS, COMES INDE SCIENTIA CINXIT,
HUNC DOLET EXTINCTUM PALLADIS AULA DUCEM.
SUNT GENEROSI ALIJS EXEMPLO, AT GLINSIUS IPSIS,
ILLUSTRANS STUDIJS NOBILITATIS AVOS.
SIDERA SI RURSUS PETAT IMPIGER ICARUS ALIS.
TUNC GLINSI PENNIS HAC JUVAT IRE VIA.
INGEMIT IPSA THEMIS TUMULO, CANDORQUE PROBATUS
FACONIS CINERES NUNC AIT ESSE SUOS.

MEMORIÆ DESIDERATISS.
COLLEGÆ
POSUIT
M. BUSCHIUS PROF.

Ibid.

Perluſtrato Jam Templo Magno & Inſcriptionibus ejuſdem Monumentarijs exhibitis, veniamus ad Templum Academicum, Ædem viz. Academicis Exercitijs, Præſertim Theolog. Deſtinatam, ubi primo conſpicitur

In-

Inſcriptio notabilis Aureis literis Majuſculis facta Templum Circumcingens, & poſtea Epitaphia quædam Profeſſorum aliquot Eximiorum & inter alios VIRI ILLIUS REVERENDISS. ET SPECTATISS. QUI ACADEMIAM HANC INAUGURAVIT. Quibus traditis Subjungemus Ordinem Lectionum & Horarum a Profeſſoribus ejuſdem Academiæ inſtitutum pro anno ſequente, ut omnibus præſertim exteris in quorum manus opus hoc noſtrum pervenerit innoteſcat, quid in omni facultate in hac Præluſtri Academia doceatur, ut exinde Ardore haud levi eam inviſendi ad animi apparatum exornandum incitentur.

INSCRIPTIO TEMPLUM, CIRCUMCINGENS.

SUPERBA PRISCAS GRÆCIA EFFERAT
XYSTOS,
LAUDETQUE DOCTIS NOBILEM VIRIS
UMBRAM;
DELUBRA PHÆBI, PORTICUMQUE RO-
MANUS
PÆNIS COLUMNIS, AUREISQUE SUFFUL.
TAM, HÆC

HÆC SACRA SEDES, ATRIUMQUE MUSARUM,
IN QUO JUVENTUS DOCTA, TUM SACER CÆTUS
CHORI DOCENTIS, INCLYTIQUE CONSESSUS,
EFFATA PROFERT, MYSTICOSQUE SERMONES,
ET QUOD LATINA, GRÆCA VEL DEDIT SIREN,
HEIC LAUREATO DONA VERTICI CONFERT,
TOGÆQUE HONORES, IMPERIIQUE RECTURAM,
ET SCEPTRA REGUM CONTREMENDA FORTUNÆ,
VITAQUE FUNCTIS JUSTA MANIBUS PRÆSTAT,
UT NIL PROFANI SORDIDIQUE CONTRECTENT
SUGGESTA, TOTIS DESTINATA DIVINIS.

MEMORIÆ
HENRICI ANTONIDÆ
VAN DER LINDEN,
SS. THEOL. DOCTORIS,
QUI NERDÆ NATUS
XIII. FEB. M. D. XLVI.

JUS-

JUSSU ALBANI DUCIS
OB RELIGIONEM PROSCRIPTUS
M. D. LXIII.
CARCERIS PERICULUM,
EXILIUM,
PARENTIS, SOCERI, AFFINIUM,
IN LANIENA NERDENÁ KAL. DEC. M. D. LXXII.
INTERNECIONEM PASSUS,
INQUE OMNIBUS DIVINA CLEMENTIA
SUSTENTATUS ET CONSERVATUS,
ECCLES. DIKHUSANÆ
FRISIOR. M. D. LXXIIII.
DEIN ENCHUSANÆ M. D. LXXVIII.
PASTURAM,
TANDEM AD CATHEDRAM THEOLOGICAM
VOCATUS, ACAD. HANC IN PRÆSENTIA
ILLUSTRISS. GUBERNATORIS
GULIELMI NASSOVIJ ET ILLUST. AC
PRÆPOT. ORD. DELEGATORUM
INAUGURAVIT XXIX. JULY M. D. LXXXV.
HANC ÆDEM ACADEMICIS EXERCITIJS
INITIAVIT XIII. FEB. M. D. LXXVII.
ET USQUE AD XX. MART. M. DC. XIIII.
VERBI DIVINI ET VERÆ RELIGIONIS
PRÆCONIO
DEUM LIBERATOREM SUUM
GLORIFICAVIT.

NEPOS

NEPOS

JOHANNES ANTONIDES
VAN DER LINDEN
M. D. ET PROF. ORD.
ET ACAD. BIBLIOTHEC.
SECUTUS VOLUNTATEM PARENTIS
ANTONIJ VAN DER LINDEN
M. D. AMSTELOD.
PIETATIS CAUSA POSUIT,
XIV. JUNY M. DC. L.

TIMOR DOMINI
INITIUM SAPIENTIÆ.

Ibid.

HEIC CARO PASORIS RECUBAT SED FESSA LABORE,
MENS SURSUM TENDENS GENIJS COMITATA TRIUMPHAT.

GEORGIUS PASOR
S. THEOL. ET L. HEBRÆÆ
PER ANNOS XIX.
HERBORNÆ,
GRÆCARUM LITERARUM PER
ANNOS XI.

HAC

HAC IN ACADEMIA
PROFESSOR
HEIC GLORIOSAM CARNIS
PRÆSTOLATUR RESURRECTIONEM.

NATUS ELLARÆ NASSOW
KAL. AUGUST. M. D. LXX.
DENATUS FRANEKERÆ
IV. EID. DECEMB.
M. DC. XXXVII.

Ibid.

LAURENTIUS BANK
NORCOPENSIS,
PHILOSOPHIÆ ET JURIUM DOCTOR
PER ANNOS QUINDECIM IN HAC
ACAD.
EXTRAORDINARIUS PROFESSOR,
HOC SAXO CONDITUS
BEATAM RESURRECTIONEM
PRÆSTOLATUR.
DENATUS 15. OCTOB. 1662.

Ibid.

ORDO

ORDO LECTIONUM ET HORARUM,

QUEM FAVENTE DEO
ILLUSTRIS FRISIORUM ACADEMIÆ
PROFESSORES

Post ferias Augustales Currentis hujus Anni LXXIII. *Ad Calendas usque Septembris anni sequentis instituent.*

MANE,

HORA NONA.

D CAMPEGIUS VITRINGA,
Ex præstantissimo, quoque Scriptorum Sacrorum, ea quæ ad cultum Mosaicum spectant, interpretabitur.

D. GERARDUS NOODT,
Pro re nata, Institutiones Juris, aut Pandectas, interpretabitur.

D. JO-

D. JOHANNES SCHOTANUS à STERRINGA,

Prioribus hebdomadum biduis primam Philoſophiam exegeſi dilucidare perget: poſterioribus autem rariora Naturæ effecta & phænomena, juxta Methodum Phyſices ſpecialis digeſta, rationibus illuſtrabit.

HORA DECIMA.

D. JOHAN. Vander WAEYEN,

Diebus Lunæ & Martis Leviticum explicabit, Jovis autem & Veneris diebus loca, in N. T. ex V. citata ita tractabit, ut juxta mentem S. S. ex V. T. probandam, allata eſſe, demonſtret. Præter L. Comm. Jeſaiam & Jeremiam privatim interpretaturus.

D. SEBASTIANUS SCHELKENS,

Pandectas Juris Civilis interpretabitur; ſimulque habebit collegia Inſtitutionum, Pandectarum, tam explicatoria,

quàm examinatoria & disputatoria: ut & collegia Juris Feudalis & Canonici.

D. PHILIPPUS MATTHÆUS JUNIOR, Partium Capitis Morbos & Symtomata exponet.

A MERIDIE.

HORA DUODECIMA.

D. PHILIPPUS MATTHÆUS SENIOR, suo tempore exercitationes herbarias in Horto Academico instituet; reliquo tempore, paucis adhuc ex quinta sectione Aphorismis pertractatis, sextam sectionem Aphorismorum Hippocratis variis observationibus & præceptis practicis illustrabit.

D. JACOBUS PERIZONIUS, In enarrandis illustrandisque rebus gestis, Antiquitatibus & ritibus populi Rom. juxta seriem T. Livii perseverabit.

HORA PRIMA.

D. ABRAHAMUS de GRAU, Primum absolvet dioptricæ Carteſij demonſtrationem, poſtmodum Partium Matheſeos compendium tradere perget.

D. NICOLAUS BLANCARDUS, diebus Lunæ & Veneris, Herodiani hiſtoriam Auguſtam, & Arrianum de expeditione Alexandri M. intermediis, antiquitates Græcas, & ἰδιωτισμὸς principum oratorum, juxta ſeriem Harpocrationis, interpretabitur.

D. JOH. ANT. TRONCHINUS, Expeditis L. A. Flori Hiſtor. Rom. libris, ex S. Severi Hiſtoria Sacra lectionum ſuarum deſumet argumentum.

HORA SECUNDA.

D. TOBIAS ANDREÆ, Perget Problemata varia & ſelectiora, cum Ariſtotelis, tum aliorum, tum

propria enucleare. Illis etiam, qui operam ſuam in collegiis privatis experiri cupiunt, eam omni modo paratam eſſe oſtendet.

D. JACOBUS RENFERDT, diebus Lunæ & Martis Pſalmos interpretabitur, diebus Jovis & Veneris ſelecta Rabbinica enucleabit.

Liber jam præter intentionem auctus, ne magnitudine peccet, neceſſario ad umbilicum perducendus eſt; Tria tantum ILLUSTRISSIMA MONUMENTA, oculis meis obviam facta, inſertionem prius urgent, ex LEOVARDIA (FRANEKERÆ methodo mea immediate ſuccedente) Urbe haud paucis rationibus Præclara, & totius Friſiæ Primaria, quæ non ſolum multa Splendida, ſed etiam Magnifica quædam præbet ſpectacula.

Primum eſt GULIELMI LUDOVICI COMITIS NASSOVIJ, FRISIÆ &c. GUBERN. cujus ductu præcipue poſt PRINCIPES ARAUSIONENSES. Bellum cum Hiſpano per multos

tos annos fauſtiſſime geſtum fuit, uſque ad exitum ejus ex hac vita.

Cui fas jubet addere ſecundum,

ANNÆ ILLUSTRISS. PRINC. ARAUSIJ FIL. EJUSDEM COMITIS CONJUGIS, quæ prope Maritum, in eodem Sacello ſed MAUSOLEO DISTINCTO condita eſt.

Tertium eſt de iſtoc BELLO NOBILISS. A PRÆPOTENTISS. ORD. GENERAL. BELGIJ FÆDERAT. ADVERSUM HISPANIÆ REGES, PRO VERA RELIGIONE (VIZ. A VI ET PAPISMO REFORMATÆ) ET LIBERTATE GESTO, ET PACE GLORIOSISSIMA HOC IPSO AB HISPANIS EXTORSA.

GULIELMUS LUDOVICUS

JOH. F. COMES NASSOVIUS,
FRISIÆ, GRONINGÆ, ET OMLAND.
DRENTIÆQUE, GUBERNATOR,
HEROS,
REB. DOM. MILITIÆQUE
GESTIS INCLYTUS,
VERÆ RELIGIONIS,

ET BELGICÆ LIBERTATIS,
POST GULIELMUM PATRUUM ET
MAURIC.
PATRUELEM AURANTIÆ PRINCIPES,
ASSERTOR PRÆCIPUUS,
ANIMAM DEO LUBENS,
CÆLESTIS GLORIÆ DESIDERIO,
REDDIDIT;
Ao. CHR. CIↃ. IↃC XX.
PRID. KAL. JUNII ÆTAT. LX.
GUBERNATION. FRISIÆ XXXVI.
GRONING. ET OML. XXVI.
CORPORIS EXUVIAS
LÆTAM RESURRECTIONEM EXSPECTANTES,
HEIC DEPOSUIT, III. EID. JULII SEQ.
ANNO CIↃ. IↃC. XXV.

ANNA ILLUSTRISS.
PRINC. ARAUSIJ F.
CONJUX. D. WILHELMI LUDO.
COM. A NASSAU CATZ. &c.
GUBERN. FRISIÆ ET OMLAND.
HEIC JACET.
OBIJT XIII. JUNIJ. CIↃ. IↃ. XXCIIX.
ÆTAT. XXVI.

Ad caput Comitissæ decumbentis,
ita marmori inscribitur.

MIHI CHRISTUS ET IN VITA ET
MORTE EST LUCRUM.
PHILIP. I.

Ad pedes ita.

HAC IN CARNE MEA
DEUM VIDEBO.
JOB. 19.

ÆTERNÆ MEMORIÆ SACRUM.

QUOD BONO CUM DEO POST BELLUM AUSPICIIS CLARISSIMORUM AC PRÆPOTENTISSIMORUM D. ORDINUM GENERALIUM, DUCTU AURANTIORUM ET NASSOVIORUM HEROUM, OCTOGINTA PER ANNOS ACERRIME GESTUM, ASSERTA VERA RELIGIONE AC LIBERTATE, NEC NON EXTORSA AB HISPANO PRÆTENSI JURIS SUI ABJURATIONE, PACEM SÆPE TENTATAM, ET VARIIS IN LOCIS PRÆPARATAM, TANDEM MONASTERII WESTPHALORUM

Ao. 1648. { 20/30 JANUARII 8/18 APRILIS RATAM HABUERINT.

Ao. 1648. { 26 MAII / 5 JUNII } NON SINE FESTIS IGNIBUS AC FESTIVIS SPECTACULIS PROMULGAVERINT.

CONFEDERATÆ BELGIÆ DOMINI;
ILLUSTRISSIMORUM ORDINUM
FRISIÆ
DEPUTATI NOVEMVIRI,
PATRES PATRIÆ
HOC MONUMENTUM POSUERUNT,
DEDICARUNT.

LAURIS INSIGNIS OLIVA.

Inſcriptio iſta ad exteriorem partem CURIÆ PROVINCIALIS SENATORUM FRISIÆ legenda eſt, & ſupra illam Leo Belgicus videndus, cruribus poſterioribus inſiſtens, ſtrictumque Gladium dextro pede tenens, & PILEUM NOBILISS. LIBERTATIS INSIGNE Mucroni ejus ſuperimpoſitum.

Monumentum proculdubio GENEROSITATEM SPIRAT ET MAGNANIMITATEM FRISIORUM, EGREGIORUM SEMPER LIBERTATIS ADSERTORUM, nunquam ſatis laudandam, ET PER UNIVERSUM ORBEM MERITISSIME PRÆDICANDAM.

Coronidi hujus libri quam apte accommodatum eſt hoc MONUMENTUM de Bello acerrimè pro vera Religione & Libertate per Octoginta annos geſto, & adeo glorioſe finito, ut forſan AB ORBE CONDI-

DITO, Belgarum tenuitate & imbecillitate, & immensa Hispanorum potentia a Belgis debellata comparatis, aliisque omnibus belli difficultatibus perpensis, NIHIL ID GENUS MAJUS (LIBERATIONE ISRAELIT. AB ÆGYPTO EXCEPTA) DIVINO AUXILIO CONSUMMATUM FUIT, NEC ALIQUID EJUSDEM MONUMENTIS GLORIOSIUS DIVULGATUM.

Quid cedò omnibus viris bonis jucundius aut magis, acceptabile, quam post tædia & miserias belli tam diuturni in veræ Religionis, & Libertatis Vindicatione, easdem tandem Deo juvante VICTRICES ET TRIUMPHATRICES CONSPICERE?

Optimo quidem Jure Monumentum hoc LEOVARDIÆ positum, non solum ut URBIS. FRIS. PRINCIPALIS, sed Libertatis studiosissimæ, ejusque beneficiis inter Præcipuas BELG. FÆDERATÆ connumerandæ; quibus inviolatis ad præsens gaudet sub Potestate ILLUSTRISSIMORUM D. D. ORDINUM FRISIÆ & sub Gubernatione CELSISSIMI PRINCIPIS HENRICI CASIMIRI, COMITIS NASSAVIÆ, FRISIÆ, GRONINGÆ, OMLANDIÆ, DRENTIÆQUE GUBERNATORIS.

Faxit Deus Opt. Max. ut immensa Veræ Religionis & Libertatis beneficia tanto

Ma-

Majorum ſanguine & ſudore parta, ad Noviſſimam uſque progeniem LEOVARDIÆ ET FRISIÆ TOT. ETIAM BELGIÆ FÆDERATÆ integra conſerventur.

Cætera hujus Urbis Monumenta haudquaquam negliguntur, ſed altero Libro, cum reliquis Friſiæ, aliarumque 7. Provinciarum inſerenda reſervantur.

FINIS.

ERRATA.

Pag. 1. lin. 22. adde II. in medio. Ibid. lin. 25. lege *empto.* p. 2. l. 10. *ortitudo.* p. 3. ult. in fine ΑΙΣΧΡΩΣ. p. 4. l. 8. *debere.* p. 10. l. 2. *Ieſu.* Ib. l. 24. dele *Punctum.* p. 16. ult. adde *Senatus Brabantici Præſes & Inluſtriſſ.* p. 26. l. 14. & p. 27. l. 1. lege *Obÿt.* p. 33. l. 8 tranſpone *Fata* ad lineam ſequentem. Ib. l. 9. lege *dempſi.* p. 48. l. 3. *Occidentali.* Ib. l. 21. dele *cum.* p. 62. l. 9. *quam.* Ib. l. 11. *tittulos.* p. 68. l. 20. *conſeſſum.* p. 70. l. 23. dele *P. M.* p. 74 l. 16. lege *Prudentiſſ.* p. 76. Penult. *celſiſſimorum.* p. 94. l. 3 *delatum.* p. 98. l. 24. *præter.* p. 100. l. 19. *Heu!* p. 106 l. 12. *literaria.* p. 107. l. 11. *tum.* p. 112. l. 1. *indigenis.* Ib. l. 7. ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ. p. 115. l. 18. *ſupra.* p. 132. l. 3. *Dens.* p. 140. l. 12. *Capſulas.* p. 141. l. 7. ἡ τῆ Θεῆ χειρ. Ib. l. 17. ΠΑΗΓΗ. Ib. l. 20. *tu dum.* p. 149. l. 1. *Ad Veſta.* p. 154. l. 21. *Petrus Pauw.* p. 173. l. 6. lege *ac.* p. 175. l. 12. *lapideus.* p. 186. l. 26. poſt *ſepulturam* adde *reddere.* p. 187. l. 22. pro B. lege 6 p. 193. l. 23. *imperare.* p. 200. l. 5. *quod.* p. 210. ult. *Baſilia.* p. 214 l. 22. lege *en.* Ib. l. 27. *Maart.* p. 224. l. 16. *celeberrima.* p. 233. l. 10. lege *een.* p. 238. l. 5. *canonicatum.* p. 244. l. 6. *maritali.* p. 262. l. 3. lege *oyt.* p. 282. l. 19. pro & lege *ad.* p. 295. l. 17. *meo.* p. 300. l. 2. *Dominiorum.* p. 325. l. 14. CrematVs. p. 331. l. 21. *nolebant.* p. 334. l. 20. *aguntur.* p. 351 l. 7. *Velius.* p. 357. l. 23. *æternitatem.* p. 360. l. 18. *jam.* p. 362. l. 16. *omkeeren.* p. 368. l. 1. *ſimulate.* p. 374. l. 2. *ipſum.* p. 376. l. 22. *ejus.* p. 404. l. 6. *gebet.* p. 410. l. 7. *Thalaſſiarch.* Ib. l. 16. *Vidi.* p. 430. inter. lin. 12. & 13. adde ΕΥΕΡΓΗΣΙΑΣ. p. 432. l. 9. *excedimus.* p. 442. l. 23. poſt *viz.* adde *Solennibus.* p. 436. l. 23. *Diripuit.* p. 448. l. 9. LXXXIII.

Index Urbium & Locorum, è quibus, quæ in hoc libro continentur, sunt collecta.

A.

ALCKMARIA. Pag. 358
AMSTELODAMUM. 44 & 392
ASPERA. 289

C.

CLUNDERA. 276

D.

DELPHI. Pag. 1
DORDRACUM. 61

E.

EDAMUM. 380
ENCHUSA. 356

F.

FRANEKERA. 413

G.

GERTRUYDENBERGA. 268
GORCOMIUM. 229
GOUDA. 239
GULIELMOPOLIS. 273

H.

HAGA. 13
HARLEMUM. 30
HARLINGA. 410
HEUSDA. 285
HORNA. 342

L.

LAUSDUNUM. 226
LEOVARDIA. 452
LEYDA. 79

M.

MONACHODAMUM. 392
MUDA. 335

N.

NEOPORTUM. 266
NERDA. 329

R.

ROTERODAMUM. 209

S.

SCHEVELINGA. 218
SCHOONHOVIA. 264

V.

VETERAQUINUM. 305
VIANA. 297

W.

WOERDA. 317

BRITISH MUSEUM 19 JY 77

Index Nominum & Rerum Præcipuarum, quæ in hoc libro continentur.

A.

ACademia Franekerensis. Pag. 413
Academia Leydensis. 116
Ætites aquilæ lapis, usus ejus tam verus quam superstitiosus. 183
Ab Aitsema Leo. 18
Alphen Maria. 304
Amia Hermannus Eccles. Leydensis Pastor. 100
Anatomia Leydensis. 140
Anna Illustriss. Gulielm. Ludovici Com. a Nassau &c. conjux. 454
Anni mirabilis (CIↃ. IↃC. XXIX. quo Belgium contra hostem triumphavit) Inscriptio. 24
Anonymi cujusdam monumentum, rem planè mirabilem continens. 274
Arcerius Sextus, Med. Græcar. Lit. & Hippocratis Interpres Franequeræ. 434
Ab Arkel Berta, Domina in Aspera. 291
Arnoldus Nicolaus SS. Theol. Doct. & Professor Franekeræ. 421
Asperæ invasio & Civium totalis trucidatio, monumentum in templo ibidem. 289
Avis rarissima naribus carens, Rhinoceros dicta, ob cornu Prodigiosum, quod in fronte gerit, Historia ejus. 168

B.

BAccherus Andræas, Med. D. 92
Baculus in Templo Isidis collocatus apud Ægyptios, in memoriam Baculi Mosis, quo terram percussit &c. 190
a Balbian Justus. 239
Bank Laurentius, Philos. & Jur. Doct. & Prof. Franequeræ. 447
de Bardens Wilhelmus, Eques S. Michaelis. 360
Bartholdus Samuel, Pastor Monachodamensis. 392
Becker Henricus. 31
de Becker Rodrigius Jacobus. 426
Berchout Adrianus Teding I. U. D. Curiæ Hollandiæ Senator. 11
Van Berefteyn Paulus, Consul Delphensis. 8
Bergka Godtlobius, Burgravius regni Bohemiæ, Exul pro vera religione. 419
Berkius Johannes, suprem. Holland. Curiæ Senator, Legatus ad varias nationes &c. 65

de Beveren Carolus, Militum Præfectus, vitam Patriæ consecravit. 63
de Beveren Carolus, lustrando militi Præfectus. 271
de Beveren Cornelius, in bello contra Gallos in obsidione Graviæ fortiter mortuus. 66
Beveren Gulielmus, Strevelshouskii Toparcha, Senator in Consessu Belg. Fœd. Legatus ad socias nationes. 61
Beverningiadum Nomen & Arma unde, Chronostichon. 247
Beverovicius Johannes, M. D. 74
Biler Jonas. 102
de Bils Ludovicus, Anatomicus Celeberrimus; Donaria ejus ad Theatr. Anatomicum Acad. Leydensis. 142
Blankaert Nicolaus, Toparcha & Prætor Heusdanus. 285
Blijck Johannes. 273
M. Bloncq. Medicus, Comarchus Consul &c. 247
Bockenbergius Petrus, Historiographus Holl. Zelandiæque. 89
de Bodec Ernest. Nob. Borussus. 103
de le Boe Sylvius Franciscus, Med. pract. Prof. Leydæ. 100
Bo's Gerbrand Volkertsen, Navarcha. 383
Bogerman Regnerus, Pastor Harlingensis. 412
Van den Boetzelaer Wessel, Nobilis, Dom in Aspera & in Langerack. 290
van den Boetzelaer Rutger, Dom. in Aspera &c. 290
van den Boetzelaer Wesselder, Baro in Aspera & Langerack. ibidem.
Bontius Regnerus, Medicus. 98
Boreel Gulielmus, Eques, Baro, Toparcha &c. & Legatus ad Reges, Nationes, & Principes. 20
Bredæ Urbis expugnatio, à navi cespitibus onusta; circumstantiis rei descriptis. 276
a Brederode Henrici, Comitis, magni Libertatis & veræ Religionis Patroni debitæ Laudes. 297
a Brederode Wolphardi, Comitis, qui anno 1679. lineam masculam Familiæ suæ clausit. 299
Van den Bronck, Consul., Præses Heusdanus; monum. Publico sumptu ei positum. 286
Bronckhorstius Everardus, Juris Professor & Antecessor Leydæ. 81
van Bronckhoven Jacobus, Leydæ Consul, & Senator in consessu Belg. Fœd. 96
Bulius Nicolaus, Med. & Poëta, in Colleg. Ord. Holland. Assessor, Prætor Hornanus; monument. Publico sumptu ei positum. 352
Bunck Hartwicus. 104
Burgum, Arx Leydæ præclara; ejus origo; cujus hæredium antiquum, quomodo alienata & ab Urbe possessa.

Variæ,

variæ de hac re inscriptiones publicæ. a pag. 112 ad 116
Burgi ad portam Emblemata Nobilissima spectanda. 114

C.

van Caminca Rienck, Nobilis &c. 423
Carnositas ingens, quæ 27 libras ponderabat, a muliere ablata. 178
Cassiopinius Dominicus, Gertruydenbergæ Præfectus. 270
Ceti magni scheveningæ capti descriptio. 229
Chanterayne (dictus Brouksant) Petrus, Nobilis exul pro religione. 302
Chanteraine Justina. 303
Chronogramma Templi Alcmariani, de fortiss. ejusdem Defensione, & insigni Historia contra Hispanos A. 1573. victoriæ illius Historia. 364
Chronicon breve rerum memorabilium, quæ Woerdæ accidere, ab anno 1050. ad annum 1675. urbe jam a Gallis liberatâ. 317
Conflagrationis Templi magni ibidem a Gallis, monumentum. 325
Classis ad Inquisitionem urgendam ab Albano instructæ, sub ductu Bossuvii, a Noordhollandis debellatæ, monumentum, & notabilis historia. 84
Cloppenburg Johannes, S. S. Theol. Doct. & Professor, & V. D. Minister Franekeræ. 437
Clusius Carolus, Professor Botanologiæ Leydæ. 107
de Clynt Gulielmus, Consul Gulielmopolitanus. 275
Coegelen a Dortmont Balthazar, Medicus. 304
Colbius Zacharias, Henrico IV. Galliæ Regi a Secretis, Frederico V. Regi Bohemiæ a Sacris Consiliis. 108
Comitissæ historia, quæ uno partu 365 pueros enixa est, in monumento ejus adhuc legenda Lausduni prope Hagam. 227
Conflagrationis Stupendæ Templi Goudani, monumentum. 251
Cooperus Cornelius, Chirurgus. 33
Cooperus Georgius, Jurisperitus. 91
Copius Stephanus, Gertruydenbergæ Gubernator. 272
Cornelius Johannes, Cognomento Gallus, Amstelodamensis; pro Patriâ generosè occumbens; monumentum sumptu Publico ei positum. 47
a Cortenaer Egbertus Bartholomei, Archithalassus; monumentum Publico sumptu ei positum. 211
Crania duo mirandæ structuræ. 188
Crocodilus, Hieroglyphicum Ægyptiacum ad cognoscendos eventus quomodo usurpatum; ejus natura & divinus honor ab Ægyptiis. 185

Cruyden Georgius, Lingâ flumine ſuffocatus. 238
Cucurbitæ vitreæ, quibus utuntur Medici Ægyptii & Syriaci, ad ſanguinis eductionem. 207
Cup Gulielmus, J. U. D. & Profeſſor Primarius Franekeræ. 439

D.

Diephorſt Maria, a calculo uteri ſublata, cujus calculi icon, monumento inſculpta eſt. 246
Dodonæus Rembertus, Profeſſor Med. publicus Leydæ. 83
de Dorne Joachimus, Patricius Lubecenſis. 104
van Dorp Arnoldus, Eques, Toparcha Temſchæ &c. Mechliniæ & Zirikzeæ Gubernator. 26
Dras Thomas, Capitaneus, Epitaphium ejus nobile at obſcurum explicatum, cum relatione urbis Bredæ, ab illo & aliis è navi cespitibus onuſta abſconditis, expugnatæ, & carmine ſuper hac occaſione facto addito. 276
Duvenvordius Arnoldus, Tribunus militum. 5

E.

ab Egmont a Mereſteyn Antonius, Nobilis &c. 425
ab Egmont a Nyenburgh Theodorus, in ſuprem. Hollandiæ Conſilio Præſes. 16
Eilsbemius Philippus, Paſtor Harlingenſis. 411
Empereur ab Oppijk Johannes V. D. Miniſter. 25
Eraſmus Roterodamus. 210
Erkeliorum, (Nobilis & perantiquæ familiæ) monumentum. 232
Erkelius Johannes, Cognominatus robuſtus, & quâ occaſione. 235
Erkelius Johannes, urbem Gorkomii & templum condidit, & quando. 235
Ermgard Conradi F. 33
Erpenius Thomas, Orientalium linguarum Profeſſor Leydæ. 90
Exuviæ ſerpentis, earum Virtus. 187

F.

Florentius quintus Comes Hollandiæ, a Nobilibus & Generoſis Hollandiæ, ob proprietatum ſuarum invaſionem exoſus. Confœderatio contra illum, mors, & monumentum ejus. 371
Florus Petrus, Heros Maritimus. 355
Foreſtus Petrus, Medicus, Chronodiſtichon ad tumulum ejus. 378
Fullenius Bernardus, Hebrææ Linguæ & Matheſ. Profeſſor Franekeræ. 431

Fungerus Johannes, Rector Scholæ Franekerensis. 435

G.

AGAlen Johannes, Classi Mediterraneæ Præfectus; monumentum Public. in memoriam ipsius erectum. 57
Gastgebius Johannes Fredricus, Nobilis Viennensis. 103
Gemminich Evergeris, pro vera religione Nobilis Exul. 430
Genitale cervi, a Jo. Heurnio, præparatum, ejus virtutes. 187
Gertruidis Bergæ expugnatæ a Principe Mauritio monumentum, è templo ibidem transcriptum. 268
Gibson Johannes, Eques, Vice Tribunus &c. 307
Glins Tacho, Nobilis, Juris Professor Franequeræ. 441
Graswinkellius Theodorus, Eques St. Marci, Jurisperitus &c. 22
Van Groenvelt Arnoldus, Dominus Neufvillæ &c. Sluſæ, Neomagi, Gubernator. 72
Guldenstern Magnus, Nobilis Danus. 303
Gulielmus Nassovius Supremus Arausionensium Princeps, Patriæ Pater, Tyrannidis Hispanicæ Propulsator, Veræ Religionis & Libertatis Restitutor &c. 1
Gulielmus Ludovicus, Comes Nassovius, Frisiæ, Groningæ, Omlandiæ, Drentiæque Gubernator, Veræ Relig. & Belg. Libertatis magnus Assertor. 453

H.

HAgius Andræas, Pastor Hornanus. 354
Harwood Edwardus, Anglus, Eques Auratus, ad Mosæ Trajectum obsessum cæsus. 27
Hasselaer Gerardus, 40 milites propriis sumptibus pro Patria conscripsit & induxit, & pro ea generosè occubuit. 73
Heinius Petrus, Archithalassus, ejus ortus, varii casus, character, Præclara in Rempub. merita, classis argentiferæ Hispan. expugnatio, & deportatio; monumentum Ord. decreto ei positum. 2
Heins Bowen, Prætor Class. Indiæ Occidentalis. 382
Hemskerk Jacobus, Archithalassus, post multas res præclarè gestas, pro Patria gloriosè occubuit. Monumentum ab Ord. Belgii Fœd. in ejus memoriam positum. 44
Hesseleus Andr. de Deventer, Principis Mauritii Consiliarius &c. 17
Heurnius Johannes, Primarius Medicinæ Professor Leydæ. 82

Hiddes Tierck, Archithalaſſus Friſiæ. 411
van der Hoef Cornelius Jacobus, J. U. L. 306
Hogerbetius Petrus, Hornanus, Medicus &c. Monumentum ſumptu Pub. ei poſitum. 350
Holmannus Johannes, Theolog. Profeſſor Leydæ. 84
Hommius Feſtus, SS. Theol. Doctor &c. Leydæ. 99
Hortus Academicus Leydæ, Statuta, & res curioſæ in ambulachro ejus videndæ. 129
van der Hulſt Abrahamus, Amſtelodamenſis, Vice Thalaſſiarcha Hollandiæ & Weſtfriſiæ. 50

I.

ICon Deæ Fortunæ, in agro Urbis Neomagenſis inventæ, 1300 annorum vetuſtæ; ejus deſcriptio. 208
Icuncula ænea Oſiridis mitrati Mumiis (a Sacerdotibus Ægypt.) appoſita, & quare. 193
Icunculæ duæ ex eodem ſepalchro Ægyptiaco allatæ; uſus earum ab Ethnicis. 198
Idea ſeu Canon Ægyptius, ad cadavera Magnatum condienda, cum ſacris myſteriis in hoc opere obſervatis. 191
Idolum regni Siam, ejus deſcriptio. 205
Inundationis magnæ Schevelingæ monumentum. 220
de Jonge Adriana. 246
Inſcriptio in vitro Templi novi Amſtelredamenſis, de tempore Religionis reformatæ. 53
Inſcriptio in eodem Templo, de Claſſis Hiſpanicæ (Invincibilis ab illis nominatæ) debellatione, anno 1588. 54
Inſcriptio ibidem de Regis Hiſpaniæ, tam Tituli quam Iuris ſui ad 7. Provinc. Fœd. reſignatione. 56
Inſcriptiones novæ Curiæ Amſtelredamenſis, totius orbis Magnificentiſſimæ, & Hiſtoriæ ibidem depictæ, explicatæ. 392
Inſcriptio Auditorii Acad. Leydenſis. 116
Inſcriptiones variæ Theatri Anatomici Leydenſis. 141
Inſcriptio Nobilis Leovardienſis, de vera Religione & Libertate aſſerta, ac abjuratione prætenſi ſui Juris ad 7 Provinc. a rege Hiſpaniarum extorſa. 455
Inſcriptio Portæ Franekerenſis. 414
Inſcriptio Fori ibidem. 414
Inſcriptio Templi Acad. Franekerenſis. 443
Inſcriptio Curiam Goudanam circumcingens: item cameræ Conſularis, & Judicialis ibidem. 263
Inſcriptio Templi Edamenſis, de occaſione unde Edamum Inſignia ſua obtinuit. 391
Iſidis Idolum intrinſecus cavum, continens cor Ægyptii

tii Magnatis aromatibus conditum, cum sacris ritibus sepulturæ Ægyptiacæ explicatis, ad cujusmodi exemplar Pontificii magines suas postea exornarunt. 194
Isidis & Osiridis Icunculæ ligneæ, cultus Divinus iis attributus, ejusdem cultus Mysteria explicata. 188
Juckema Epo, Consul Franekerensis. 424
Junius Franciscus, Orbis Titan. 83
Justinus a Nassau, Dux exercitus, Gubernator Bredæ &c. 110.

K.

KAddens Symen Thyz. Navarcha. 382
de Key Gulielmus, virtutis Patronus, egenis caput & Solamen &c. 30

L.

LAmbertus Pulcher, Archithalassus: res ab illo gestæ. 214
Langia Adelheidis. 243
Lapidis mirabilis, ossifragi dicti, Historia. 176
Lapidis ex capite Manati seu vituli marini; Facultates ejus. 184
Lapis super os Sacrum inventus, prodigiosæ Magnitudinis. 207
Lectionum Academiæ Franekeranæ Ordo. 448
Lectionum Academiæ Leydensis Ordo. 118
van der Leur Nicolaus, Tribunus, Ostendæ gloriosè occumbens. 32
Libertatis conscientiæ Triumphantis, & Tyrannidis Currui ejus substratæ, Nobilissimum Monumentum Goudæ. 253
de Liefde, Eques, Archithalassus; res ab eo gestæ. 217
van der Linden Henricus Antonides, SS. Theol. Doctor; Exul pro religione Reformatâ: Acad. Franek. Inaugurator. 444
Lubbertus Sibrandus, Dr. & S. Scripturæ Professor Primar. Franekeræ. 423

M.

MAccovius Johannes, SS. Theol. D. & Profess. Franekeræ. 417
Marnixia Elisabetha St. Andegoldana, Morgani Conjux. 6.
Marnixia Amelia, St. Aldegondana, Domina in Merwede. 295
Memoriale Templi Alckmariani. 362
Metius Adrianus, Med Doct. & Mathemat. Franequeræ. 440
Meun Jacobus, civis Enchusanus. 357
Michiels Jan. 267
Middelland, Navarcha. 248
Milius Hadrianus, in Curia Bataviæ Præses. 15
Milius Hadrianus, Verbi Divini Minister. 75

Montgu Theodoricus, Dr. Franekeræ. 428
Mumia Principis Ægyptiaci, conditi ante mille octingentos annos, cujus cippus sive Operculum Isidis effigie insignitus est, & Inscriptio notabilis ad Thecam in qua reponitur. 165
Mumia Principis Ægyptiacæ, ante M.ccc. annos conditæ, in spem resurrectionis, facie adhuc integra existente. Inscriptio Cassæ ubi reponitur. 199

N.

NErdæ Urbis internecio fædifraga, & deletio ab Hispanis. Monumentum in rei memoriam, & ejusdem Historia Horribilis. 329
Nicolai Arnoldus, supremi consilii ab Ord. Belg. Fœd. Hagæ stabiliti Præses. 15
Nieuhusius Reinerus, Gymnas. Alckmar. Rector. 380

O.

Van OCkingam Hero, Nobilis &c. 425
Opdam Jacobus, Dynasta de Wassenaer, Fœd. Belgii Archithalassus. Res ab illo gestæ. 13
Os magnum in corpore Fœminæ repertum. 208
Ova Crocodili, quæ innoxiè comeduntur. 206

P.

PAauw Regnerus, Eques, Toparcha &c. in supremo Hollandiæ, Zelandiæ, & Westfrisiæ Senatu Præses. 29
Paludanus Bernardus, Enchusanus, Medicus & Peregrinator Magnus. 356
Pantinus Franciscus, Jureconsultus. 342
Pasor Georgius SS. Theol. & L. Hebreæ &c. Professor Franekeræ. 446
Pestis gravissimæ, quæ Mudæ divin. accidit, monumentum. 340
Pistorius Johannes, a Woerden dictus, Martyr pro Confessione Augustanâ. 323
Polyander Johannes a Kerkhoven, S. S. Theol. Doctor & Professor Leydæ. 94
a Praet Francisca, Domina in Cornes.

R.

RAdæus Ægidius, Illust. Ord. Fris. Typographus. 436
Raetke Johannes, Anglus, Multis numeris præclarus. 28
Ravesteyn Adrianus, Med. Doctor. 9
Rhala Henricus, J. U. D. & Professor Franekeræ. 438
Riks Reynerus, Patricius Enchusanus. 357
Roet Pieter Jansz. Chronodistichon ejus. 34

Roos Gualterus, Medicus. 343
a Roſendael Æmilius, Conſul Goudanus. 244
Roswinkel Hermannus. 101
Rudiger Ludovicus Johannes, Nob. Boruſſ. Gedanenſis. 105
Ruiterus Michael, Archithalaſſus Hollandiæ &c. Res ab illo geſtæ. Monumentum ab Ord. Fœd. Belg. impenſis publicis ei erectum. 58
Ruſtorf Joachimus Johannes, Archipalatinæ domus Conſiliarius, Legatus ad reges, religionis reformatæ & cauſæ Palatinæ aſſertor. 18

S.

Van der SAan, vide Z.
De Sanctienois Hadrianus, advena nobilis, patriam ſponte relinquens, Leydæ mortuus. 79
Santenus Johannes, Summi apud Batavos Auditorii Senator. 17
Scalinger Joſephus Juſtus, Leydæ linguar. oriental. Profeſſor. Monumentum pub. in memoriam ipſius poſitum. 106
Scarabæus Ægyptiacus, Lunæ ſacer, & Hyeroglyphicum bellatoris, fortiſſimorum collo appenſus, cum Hyeroglyphici explicatione. 181
Schellinger Agneta. 73
Schonæus, Rector Harlemenſis. 33
Schotanus Bernardus, Juris & Matheſeos Profeſſor Primarius Franekeræ. 415
Schouten Wilhelmus. 360
Schrivelius Ewaldus, Hagæ Senator &c. Leydæ Profeſſor, Medic. Primar. 99
a Schulenburg Albertus. 18
Slawata Magdalena Catharina, Baroniſſa, Exul pro vera religione. 420
Snellius Rudolphus a Royen, Patricius Veteraquinas, Mathem. & Heb. ling. in Acad. Leydenſi Profeſſor. 305
Snellius Willebrordus a Royen, Profeſſor Mathemat. Leydæ. 93
Sonck Albertus, Eques Auratus, Prætor, Conſul, Senator, Reipub. Horn. Aſſeſſor in conſeſſu D. Ord. General. Legatus ad reges. 347
Stakmans Lambertus, Dynaſta Ruygewaertius, Nobilis Exul pro vera relig. 429
Steinbergius Johannes, Sacrar. Literar. Profeſſor Franekeræ. 427
Stellingwerf Auguſtus, Vice Archithalaſſus Friſiæ. 410
Stockius Nicolaus, Rector Lugdunenſis. 84
Stratagematis mirandi monumentum ab Harlemenſibus in obſidione Peluſii inventi, quo urbs illa expugnata fuit; in templo magno Harlemi videndum. 34
Swart Jacobus Andræas, Navarcha. 300

Swe-

Sweerts David de Weert, Scabinus, & Senator Sylvæducensis. 300
Swerius Isaacus, Thalassiarcha, pro Patriâ glorioſè occubuit. 47

T.

van Terensteyn Cornelius, Dordraci Consul, Deputatus in Conseſſum Ord. General. 76
a Teylingen Florentius, J.U.L. Consul, Senator Alcmarianus, in Conseſſu Ord. General. Assessor. 358
Theatrum Anatomicum celeberrimum Leydæ 140
Theodora, ex Nobili Wesiorum familiâ. 301
Thysius Antonius, SS. Theol. Doctor & Professor Leydæ. 94
Tiara Petreius, Med. Doctor Franekeræ. 432
Tilius Thomas, Eccleſiæ Delphenſis Miniſter; antea Monachus & Abbas. 11
du Tour Marcus, in curia Brabantiæ Senator. 95
Traudenius Paulus, Theodorus, Gulielmus, Scholæ Goudanæ Rectores; & Theodora Pauli uxor: Eorum Chronoſticha. 240
Tromper Theodorus, Veteraquinas, Patriæ a Secretis. 306
Trompius Martinus Harperti, Archithalaſſus Belg. Fœd. Monumentum Publico decreto, in ejus honorem erectum. 4
Typographiæ Harlemi inventæ, a Laurentio Coſtero, cum inſcriptione Domus ejus, ad rei Memoriam. 38

V.

Valkenier Johannes, exul pro reform. Religione, SS. Theol. Profeſſor Leydæ. 93
Vana Lacerti genus ſpecie Horrificum, ſed Manſuetum & optimi Saporis. 201
Vane Walterus, Miles, campo Præfectus in Prælio Seneſſenſi, contra Gallos fortiter pugnans; & interemptus. 20
Vaſa Samia fictilia, 1000 annorum, apud Romanos olim valdè Pretioſa; inventa in ſuburbano urbis Neomagenſis agro; illorum Hiſtoria. 172
Velius Volcardus, Med. 344
Velius, Medicus. Epitaphium a ſeipſo Scriptum. 351
Verburgius Theodorus, Jurisconſultus. 9
Verhel Arnoldus, J.U.D. Philoſ. Profeſſor Primar. Franekeræ. 417
Verveen, Navarcha Strenuus. 248
Verwerf Theodorus. 239
Veteraquini urbis incendii, & civium totalis trucidationis, ab Hiſpanis, monumentum, unà

unà cum Hilto[illegible]
lis Hiſpanicæ crude[illegible]bi-
308.
Vitra Templi Goudani Pretioſiſſima; eorum contenta. 252
Vitra inſignia in Curia Woerdæ; earum contenta, & monumentum de occaſione unde ibidem poſita ſunt. 325
Vogelius Georgius. [illegible]3
Vondelius, Poeta, Virgilius Batavus dictus. 61
Urna Ægyptiaca, in quâ reconditus Abortus, cum Icunculâ Iſidis, & capite Noctuæ, quæ Hyeroglyphica ibidem explicantur. 179
Urna feralis Romana, inventa Genovæ 1610. in loco ubi ſæculo Romanorum publicum ſepulchretum extitit, cum ritibus obſervatis quando urnam Sepulchro inferebant. 202
Urnula repleta cereviſiâ, in China factâ; ejusdem cereviſiæ natura deſcripta. 172

W.

WAlravius Enkhuyſen Petrus, Patricius Hornanus. 345
Wervius Petrus Hadriani, Leydæ Conſul, Urbis bis obſeſſæ in ſuo Conſulatu Tutor. 109
Weſtphalen Fredericus, Eques aurat. & Peregrinator. 361
a Winenbergen Johannes. 264
Winſemius Menelaus, Med. Anat. Botan. Profeſſor, Franekeræ. 441
Wintkens Balthaſar, & Caſpar, Præfecti Monetæ Weſt-Wiſiæ. 352
Fœd. [illegible] Equitum Magiſter 52
Wiſſenbach Jo[illegible]es Jacobus, J. U. D. & [illegible]or Franekeræ. 428
de Wit Cornelius, Dordraci Conſul, ſæpius in Conſeſſ. Ordin. Gen. Deputatus. 69
de Wit Jacobus, Conſul Dordracenus, Deputatus in conſeſſ. Ord. Gen. Legatus ad varias Nationes. 68
de Wit Thomas, Conſul, & Director Societatis Indiæ Orientalis Amſtel. &c. 71
de With Wittenius Cornelius, Eques, Prætor Patriæ; res ab illo geſtæ. 212

Z.

Van der ZAen Wilhelmus, inter Archithalaſſos tertius. Monumentum a Senatu Architalaſſ. ei poſitum. 51
a Zuylen a Nyevelt Arnoldus, Vicetribunus, & Gubernator fortalitii S. Gravenweert, monumentum ejus; & Dom. Agathæ Boots, & Dom. Catharinæ a Nyevelt. 337
a Zuylen a Nievelt Arnoldus, Tribunus, & Gubernator Workomii &c. 335

FINIS.

Sweerts David de Weert, Scabinus, & Senator Sylvæducensis. 300
Swerius Isaacus, Thalassiarcha, pro Patriâ glorioſè occubuit. 47

T.

van Terensteyn Cornelius, Dordraci Conſul, Deputatus in Conſeſſum Ord. General. 76
a Teylingen Florentius, J.U.L. Conſul, Senator Alckmarianus, in Conſeſſu Ord. General. Aſſeſſor. 358
Theatrum Anatomicum celeberrimum Leydæ 140
Theodora, ex Nobili Weſiorum familiâ. 301
Thyſius Antonius, SS. Theol. Doctor & Profeſſor Leydæ. 94
Tiara Petreius, Med. Doctor Franekeræ. 432
Tilius Thomas, Eccleſiæ Delphenſis Miniſter; antea Monachus & Abbas. 11
du Tour Marcus, in curia Brabantiæ Senator. 95
Traudenius Paulus, Theodorus, Gulielmus, Scholæ Goudanæ Rectores; & Theodora Pauli uxor: Eorum Chronoſticha. 240
Tromper Theodorus, Veteraquinas, Patriæ a Secretis. 306
Trompius Martinus Harpertı, Archithalaſſus Belg. Fœd. Monumentum Publico decreto, in ejus honorem erectum. 4
Typographiæ Harlemi inventæ, a Laurentio Coſtero, cum inſcriptione Domus ejus, ad rei Memoriam. 38

V.

Valkenier Johannes, exul pro reform. Religione, SS. Theol. Profeſſor Leydæ. 93
Vana Lacerti genus ſpecie Horrificum, ſed Manſuetum & optimi Saporis. 201
Vane Walterus, Miles, campo Præfectus in Prælio Seneffenſi, contra Gallos fortiter pugnans; & interemptus. 20
Vaſa Samia fictilia, 1000 annorum, apud Romanos olim valdè Pretioſa; inventa in ſuburbano urbis Neomagenſis agro; illorum Hiſtoria. 172
Velius Volcardus, Med. 344
Velius, Medicus, Epitaphium a ſeipſo Scriptum. 351
Verburgius Theodorus, Jurisconſultus. 9
Verhel Arnoldus, J.U.D. Philoſ. Profeſſor Primar. Franekeræ. 417
Verveen, Navarcha Strenuus. 248
Verwerf Theodorus. 239
Veteraquini urbis incendii, & civium totalis trucidationis, ab Hiſpanis, monumentum, unà

unà cum Hiſtoria horribilis Hiſpanicæ crudelitatis. 308.
Vitra Templi Goudani Pretioſiſſima; eorum contenta. 252
Vitra inſignia in Curia Woerdæ; earum contenta, & monumentum de occaſione unde ibidem poſita ſunt. 325
Vogelius Georgius. 183
Vondelius, Poeta, Virgilius Batavus dictus. 61
Urna Ægyptiaca, in quâ reconditus Abortus, cum Icunculâ Iſidis, & capite Noctuæ, quæ Hyeroglyphica ibidem explicantur. 179
Urna feralis Romana, inventa Genovæ 1610. in loco ubi ſæculo Romanorum publicum ſepulchretum extitit, cum ritibus obſervatis quando urnam Sepulchro inferebant. 202
Urnula repleta cereviſiâ, in China factâ; ejusdem cereviſiæ natura deſcripta. 172

W.

WAlravius Enkhuyſen Petrus, Patricius Hornanus. 345
Wervius Petrus Hadriani, Leydæ Conſul, Urbis bis obſeſſæ in ſuo Conſulatu Tutor. 109
Weſtphalen Fredericus, Eques aurat. & Peregrinator. 361
a Winenbergen Johannes. 264
Winſemius Menelaus, Med. Anat. Botan. Profeſſor, Franekeræ. 441
Wintkens Balthaſar, & Caſpar, Præfecti Monetæ Weſtfriſiæ. 352
Wirtzius, Equitum Magiſter Fœd. Belg. 52
Wiſſenbach Johannes Jacobus, J. U. D. & Profeſſor Franekeræ. 428
de Wit Cornelius, Dordraci Conſul, ſæpius in Conſeſſ. Ordin. Gen. Deputatus. 69
de Wit Jacobus, Conſul Dordracenus, Deputatus in conſeſſ. Ord. Gen. Legatus ad varias Nationes. 68
de Wit Thomas, Conſul, & Director Societatis Indiæ Orientalis Amſtel. &c. 71
de With Wittenius Cornelius, Eques, Proprætor Patriæ; res ab illo geſtæ. 212

Z.

Van der ZAen Wilhelmus, inter Archithalaſſos tertius. Monumentum a Senatu Archithalaſſ. ei poſitum. 51
a Zuylen a Nyevelt Arnoldus, Vicetribunus, & Gubernator fortalitii S. Gravenweert, monumentum ejus; & Dom. Agathæ Boots, & Dom. Catharinæ a Nyevelt. 337
a Zuylen a Nievelt Arnoldus, Tribunus, & Gubernator Workomii &c. 335

FINIS.

BRITISH
19 JY 77
MUSEUM